

# Actas de los Capítulos provinciales de la Provincia dominicana de España de 1581, 1585 y 1587

Ramón HERNÁNDEZ MARTÍN, OP\*  
*Instituto Histórico Dominicano*  
Salamanca (España)

SUMARIO: 5-52 [1-48]; Resumen: 5 [1]. Abstract: 6 [2]. Siglas, abreviaturas y signos: 6 [2]. Acta del capítulo provincial de la Provincia Dominicana de España en el convento de San Pablo de Valladolid, en 1581: 7-19 [3-23]. Acta del capítulo provincial de San Ildefonso de Toro, en 1585: 20-42 [24-38]. Acta del capítulo provincial de San Esteban de Salamanca, en 1587: 43-58 [39-54].

RESUMEN: Las actas capitulares, que ahora imprimimos, manifiestan la historia muy detallada y puntual de los dominicos de la Provincia dominicana de España durante la década de los años 80s del siglo XVI. Ahí aparecen la situación concreta de la Orden de Predicadores en ese tiempo y en los más diversos y distantes lugares; la legislación actualizada a las exigencias religiosas, sociales y políticas de la época; los conventos antiguos y nuevos; el movimiento complejo según las actividades en España, Europa y América; la situación y promoción de los estudios y de la predicación; los escritos y publicaciones teológicos, filosóficos, históricos y pastorales. Se evocan las memorias de personajes tan sobresalientes como Bartolomé de Medina y Domingo Báñez, ambos muy destacados por su enseñanza en la cátedra principal de Teología de la universidad de Salamanca y por sus publicaciones.

\* Doctor en Teología por la Universidad Santo Tomás-Angelicum (Roma) y Diplomado en Paleografía y Archivística (Vaticano). Catedrático jubilado de la Facultad de Teología San Esteban de Salamanca. Ex-archivero de la Provincia dominicana de España (1975-1996) y de la Orden (1996-2002). Prolífico escritor sobre la Escuela de Salamanca, especialmente sobre su fundador Francisco de Vitoria. Colaborador en *Archivo Dominicano* desde su aparición (1980). Desde hace años viene publicando en esta revista la edición crítica de las Actas de los Capítulos provinciales de la Provincia de España (ss. XIII-XVI).

Este trabajo fue presentado a *Archivo Dominicano* en febrero de 2014 y aceptada su publicación en junio del mismo año.

Palabras clave: *promoción de los estudios, publicaciones teológicas, filosóficas y pastorales, estilo de vida regular de los conventos con sus observancias intelectuales y religiosas, misiones particularmente en América, escritos misionales y lingüísticos en español y lenguas aborígenes.*

ABSTRACT: The chapter records, here now in print, show very detailed and precise history of the Dominicans in the Dominican Province of Spain during the decade of the 80s of the sixteenth century. In the records appear: the specific situation of the Order of Preachers at the time and in the most diverse and distant places; legislation updated on religious, social and political demands of the time; the old and new convents; complex movements due to activities in Spain, Europe and America; status and promotion of studies and preaching; theological, philosophical, historical and pastoral writings and publications. Memories of such outstanding figures as Bartolomé de Medina and Domingo Báñez are evoked, both very renowned for their teaching in the main chair of theology at the University of Salamanca and for their publications.

Keywords: *promotion of studies; theological, philosophical and pastoral publications; ruled lifestyle of convents with their intellectual and religious observances; missions, particularly in America; missionary and linguistic writings in Spanish and indigenous languages.*

#### SIGLAS, ABREVIATURAS Y SIGNOS

B	= texto del código de la catedral de Burgos.
R	= texto del manuscrito del Archivo Generalicio de la Orden de Predicadores (AGOP) de Roma.
ad.	= addit (añade).
a.c.	= Ante correctionem (antes de la corrección).
in marg.	= in margine (en el margen).
dext.	= dextro (derecho).
interlin.	= interlineale (interlineal).
om.	= omittit (omite).
p.c.	= post correctionem (después de la corrección).
praem.	= praemittit (antepone).
	= antecedente a variante en el aparato crítico.
	= cuando la variante coincide en la misma que la anterior.
/	= inicio de un nuevo folio, que se acusa en el aparato crítico.
[ ]	= incluye algo personal del editor.
< >	= espacios en blanco en el manuscrito.

## ACTA DEL CAPÍTULO PROVINCIAL DE VALLADOLID DE 1581

### INTRODUCCIÓN

De estas actas de 1581 poseemos dos muy buenas copias, que se encuentran en nuestras dos fuentes habituales: el manuscrito del archivo generalicio de la Orden de Predicadores de Roma y el del archivo de la catedral de Burgos. Vamos a tomar como base el primero, acusando las diferencias del segundo en el aparato crítico. En algunos casos, sin embargo, hemos preferido el manuscrito de Burgos, anotándolo debidamente en las variantes.

Como en las actas precedentes encontramos notables personalidades en el orden teológico y en sus actividades sociales, religiosas y políticas, como Bartolomé de Medina, Pedro Fernández, Diego de Yanguas, Juan Vicente Astoricense. En las secciones referentes a las ordenaciones y confirmaciones encontramos muchas repeticiones de lo determinado en bastantes capítulos anteriores, y que los capitulares consideran necesario no olvidar, sino tener siempre como observancias necesarias. La lista de las defunciones es muy larga y, entre las calificaciones que se nos dan de los frailes, podemos encontrarnos con alguna novedad. De fray Martín de Lunar, por ejemplo, se nos dice que era Presentado en Sagrada Teología y confesor muchos años de Santa Teresa de Jesús.

+  
 Hec sūt acta capituli provincialis celebrati in duobus  
 s. Pauli Valencianis 29 aprilis 1581 sub admodum  
 P<sup>re</sup>posito s. Joanne de trionis presentato Rectore  
 sancti gregorii Valencianis Priore Provinciali electo a fi  
 niteribus in eodem capitulo P<sup>re</sup>sentibus s. Hieronimo  
 de Astomona Magistro & regente collegii solutensis  
 & s. Ant<sup>o</sup> de arce Magistro & regente in collegio sancti grego  
 ri<sup>o</sup> balcoletani & s. fran<sup>co</sup> de s. administrato p<sup>ro</sup>uoc  
 rapis francie & s. Illdefonso de ro<sup>sa</sup> presentato  
 & p<sup>ro</sup>uoc. s. Illdefonso mauris.

Iste sūt abducioes.

Abducioes oes subprioris & Vicari<sup>o</sup> officio r<sup>u</sup>ti  
 to Sabendi q<sup>u</sup> nō habent<sup>ur</sup> Exceptis subprio  
 re <sup>sancti pauli</sup> Valencianis & Burgensi q<sup>u</sup> nuper institut<sup>us</sup>  
 ē & p<sup>ro</sup>uoc. Victoricensi p<sup>ro</sup>pter instatē elect<sup>o</sup> usq<sup>ue</sup>  
 ad presentiam prioris electi Et confirmati in suo  
 conu<sup>en</sup>tu & sub prioris. s. thome abulensis q<sup>u</sup>  
 nuperime ē institutus & sub prioris de a  
 rca ad p<sup>ro</sup>pter instatē elect<sup>o</sup> prioris electi  
 & confirmati in suo conu<sup>en</sup>tu

Ite sūt acceptationes

Acceptam in Magistrū sacre theologie  
 s. Marci de Valladolid Excaient. s. Petri  
 Martini Toletani & s. thome de gusona  
 rectore sacri thome solutensis.

Fotocopia del acta de 1581, fol. 234r del ms. R

**[ACTA CAPITULI VALLEOLETANI ANNI 1581]**

/ + Haec sunt acta capituli provincialis celebrati in conventu Sancti Pauli Valleoletano 29 aprilis 1581 sub admodum reverendo patre fratre Ioanne de Trianos, Praesentato, rectore Sancti Gregorii Valleoletani, Priore Provinciali electo; diffinientibus in eodem capitulo reverendis patribus fratre Hieronymo de Almonazir Magistro et Regente Collegii Complutensis, et fratre Antonio de Arce Magistro Regente in Collegio Sancti Gregorii Valleoletani, et fratre Francisco de Sancto Dominico priore Rupis Franciae, et fratre Illefonso de Rojas Praesentato et priore Sancti Illefonsi Taurensis.

**I.- ISTAE SUNT ABSOLUTIONES**

Absolvimus omnes subprios et vicarios conventuum tam habentium priores quam non habentium, exceptis subpriore Sancti Pauli Valleoletani et Burgensi, quia nuper instituti sunt, et etiam fratre Priore Victoriensi propter instantem electionem, usque ad praesentiam prioris electi et confirmati in suo conventu, et suppriore Sancti Thomae Abulensis, quia nuperrime est institutus, et etiam suppriore de Aranda propter instantem electionem usque ad praesentiam prioris electi et confirmati in suo conventu.

**II. - ISTAE SUNT ACCEPTATIONES**

Acceptamus in Magistrum Sacrae Theologiae fratrem Marcum de Valladares ex conventu Sancti Petri Martyris Toletani, et fratrem Thomam de Guzman rectorem Sancti Thomae Complutensis.

1 *om. RB /: f. 234r*  
3 Valleoletano: Valleoletani *RB* | 29: ultimo *B*  
4 Praesentato: et *ad. B* | rectore: collegii *add. B* | Valleoletani: *om. B* | priore: *om. B*  
6 Hieronymo: Hieronimo *R* | Iheronimo *B*  
7 et: *om. B* | Magistro: *interl. R*  
8 in collegio: collegii *B* | Valleoletani: *om B*  
10 priore: conventus *ad. B*

**I.3** priores: *interl. R*  
3-4 Sancti Pauli: *interl. R om. B*  
4 etiam: *om. B*  
6 suppriore: priore *R*  
7 Thomae: *om. B* | Abulensis: Abulensi *B*  
8 usque ad praesentiam: *om. R*

**II.4** rectorem: collegii *ad. B*

### III. - / ISTAE SUNT PRAESENTATIONES

Exponimus ad legendas *Sententias* [Petri Lombardi] pro forma et gradu Magisterii exclusive fratrem Didacum de Yanguas ex conventu Segoviensi, fratrem Ferdinandum de Miranda ex conventu  
 5 Taurensi, fratrem Andream de Caso ex conventu de Trianos, fratrem Didacum de Sancto Thoma ex conventu Abulensi, fratrem Illefonsum de Somonte ex collegio Sancti Gregorii Valleoletani, fratrem Ioannem Vincentium ex conventu Placentino, fratrem Felicem de Plaza ex collegio Complutensi, fratrem Sebastianum de  
 10 Guzman ex conventu Sancti Pauli Vallisoletani, fratrem Andream de Pedraza priorem Benaventanum, fratrem Antonium Navarro ex conventu Sancti Petri Martyris Toletani.

### IV. - ISTAE SUNT INSTITUTIONES [IN VICARIOS]

Instituimus et damus in vicarium regni Gallaciae Reverendum patrem Praesentatum fratrem Ioannem de Sancto Petro priorem Compostellanum cum ea potestate quam hactenus habuerunt  
 5 huiusmodi vicarii; instituimus in vicarium Sancti Dominici de Betanzos fratrem Dominicum de Salas; in vicarium de Bibao fratrem Dominicum Gonzalez ex conventu de Talavera; in vicarium Sancti Andreae de Merida, fratrem Antonium Lozano; in Vicarium de las Navas fratrem Petrum / Lozano ex conventu de Aldeanueva;  
 10 in vicarium de Pantón fratrem Hieronymum de Azpeitia; in vicarium Sancti Petri de la Tarce fratrem Ioannem Robledo ex conventu de Tudela; in vicarium de Soria fratrem Ioannem de Villafranca.

III.1 /: f. 234v | PRAESENTATIONES: p. c. R

3 exclusive: esclusiva R

7 Sancti Gregorii: om. B

IV.3-4 Praesentatum-Compostellanum: fratrem Ioannem de Sancto Petro, Praesentatum et priorem Compostellanum B

6 Salas: Sala B

9 /: f. 235r

10 Azpeitia: Azpetia R B

11 Tarce: Tarza B

V. - [COMMISSIONES]

5 Committimus admodum reverendo fratri Vicario Generali ut  
in conventu nostro Sancti Iuliani del Monte provideat de numero  
necessario et competenti ad electionem prioris; committimus etiam  
ut provideat de priore in conventu de Tabara, et de lectoribus  
artium et theologiae.

VI. - [INSTITUTIONES IN SUPPRIORES]

5 Instituímus in suppriorem Sancti Pauli Palentini fratrem  
Illefonsum Lozano ex conventu Segoviensi; in suppriorem Sancti  
Dominici de Guadalajara fratrem Ioannem de Balseca ex eodem  
conventu; in suppriorem Sancti Dominici Civitatensis fratrem  
Ludovicum de Villafranca ex conventu de Mombeltran; in suppriorem  
Sanctae Mariae de Atocha fratrem Laurentium de Balcazar ex  
conventu de Nieva; in suppriorem de Benavente fratrem Baltasar-  
10 rem Lopez ex eodem conventu; in suppriorem de Villalon fratrem  
Ioannem de Vergara ex eodem conventu; in suppriorem de Ponte-  
vedra fratrem Ioannem Bayo ex eodem conventu; in suppriorem  
de Tordesilla fratrem Didacun Gonzalez ex eodem conventu; in  
suppriorem Sancti Petri Dominarum / fratrem Antonium de la  
Carrera ex eodem conventu; in suppriorem de Palacios fratrem  
15 Ioannem de Cabezon ex conventu de Peñafiel; in suppriorem de  
Oviedo fratrem Thomam de Tineo ex eodem conventu; in suppriorem  
de Villalpando fratrem Dominicum Gonzalez; in suppriorem  
de Medina de Campo fratrem Gabrielem de Castañeda; in suppriorem  
de Sanguesa fratrem Alexandrum de Vega ex conventu de  
20 Rojas.

V.1 [COMMISSIONES]: *om. R*  
3 nostro: *om. B*

VI.1 [INSTIT-SUPPRIORES]: *om. R*  
13 /: f. 235v  
14 Carrera: Carera R | in: ex B  
19 Sangüesa: S. Güesa R

## VII. - INSTITUTIONES PRAEDICATORUM

Instituimus in praedicatorum de Plasencia Ludovicum de Rojas ex conventu de León; in praedicatorum de Zamora fratrem Dominicum de Piña ex conventu de Plasencia; in praedicatorum Sanctae Mariae de Atocha fratrem Antonium Navarro ex conventu de Toledo; in praedicatorum de Victoria fratrem Alphonsum Giron ex conventu de Tordesillas; in praedicatorum Sancti Petri Martyris Toletani fratrem Pascasium de Villalba; in praedicatorum de Medina del Campo fratrem Andream de Pineda ex conventu Zamorensi; in praedicatorum de Soria fratrem Gundisalvum Mayor ex conventu de Peñafiel; in praedicatorum de Huete fratrem Ferdinandum de Molina ex eodem conventu; in praedicatorum Sancti Sebastiani fratrem Blasium de Sancta Cruz; in praedicatorum de Palentia fratrem Laurentium de Alava ex conventu de Bilbao; in praedicatorum de Ocaña fratrem Baltasarem de Leon / ex eodem conventu; in praedicatorum de Avila fratrem Martinum Palomeque ex eodem conventu; in praedicatorum Burgensem fratrem Ioannem de Piña ex eodem conventu; in praedicatorum de Medina de Rioseco fratrem Gregorium de Burgos ex conventu de Pamplona; in praedicatorum de Cuenca fratrem Illefonsum de Arellano ex eodem conventu; in praedicatorum de Leon fratrem Thomam de Mendoza ex conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid; in praedicatorum de Astorga fratrem Petrum de Ayala ex conventu de Palencia; in praedicatorum de Carrion fratrem Laurentium de Sancto Dominico ex conventu de Caceres; in praedicatorum de Tordesillas fratrem Michaellem de Parraga ex conventu de Cisneros; in praedicatorum de Oviedo fratrem Didacum de Torres ex conventu de Rioseco; in praedicatorum de Sanguesa fratrem Gabrielem de la Peña ex conventu de Rojas.

## VIII. - CONFESSORES MONIALIUM

In conventu de Aldeanueva fratrem Illefonsum de Oviedo ex conventu de Leon, fratrem Andream de Corvella ex conventu de

**VII.2** Ludovicum: Dominicum *a.c. R*  
 5 Antonium: *in marg. sin. p. c.*  
 15 /: *f. 236r*  
 28 Sangüesa: S. Güesa *R*  
 29 Rojas: Talavera *B*

**VIII.2** fratrem: *p.c. R*



- 5 Hita. In conventu de Belmonte fratrem Martinum Baza et fratrem Franciscum de Santo Thoma ex conventu de Sancta Maria la Real de Medina. In conventu de Benavente fratrem Andream de Valdezcarria ex conventu Sancti Sebastiani, fratrem Christoforum de Sancto Dominico ex conventu de Madrid. In conventu / de Sancta Ana de Belbis fratrem Ioannem Diaz ex conventu de Atocha. In 10 conventu de Orellana fratrem Franciscum Vaca ex conventu de Aldeanueva. In conventu de Caleruega fratrem Dominicum de la Cruz ex conventu Taurensi et fratrem Christoforum de Jara ex conventu de Carboneras. In conventu de Cifuentes fratrem Didacun de la Cruz ex conventu de las Navas et fratrem Petrum de Mendoza 15 ex conventu de de Villa Escusa. In conventu de Quejana fratrem Dominicum de la Higera et fratrem Petrum de Salcedo. In conventu de la Casa de la Reina fratrem Cyprianum de Oviedo ex conventu de Aldeanueva et fratrem Illefonsum Magdaleno ex conventu de Ocaña. In conventu de Lequeitio fratrem Martinum de Garibay 20 ex conventu de Victoria. In conventu de S. Dominici de Madrid fratrem Ioannem de Plasencia ex conventu de Toledo et fratrem Ioannem Ruyz ex conventu Vallisoletano, fratrem Antonium de la Parilla ex conventu de la Madre de Dios de Toledo. In conventu de Medina del Campo fratrem Hieronymum de Guzman ex conventu 25 de Santo Domingo de Toledo, fratrem Ludovicum de Lorca ex conventu de la Madre de Dios de Toledo. In conventu de Sancto Cypriano fratrem Damianum Diaz ex conventu de Palentia et fratrem Franciscum de Saldaña. In conventu Sancti Dominici Regalis Toleti fratrem Thomam de Plaza ex conventu de Atocha, fratrem 30 Gutierre Quexada ex conventu de / Carvoneras, fratrem Paulum de Sancto Dominico ex conventu de Aldeanueva. In conventu de la Madre de Dios de de Toledo fratrem Benedictum de Villadiego ex conventu de Atocha, fratrem Petrum de Aragon ex conventu de Segovia. In conventu de Olmedo damus in vicarium et confesorem 35 fratrem Ioannem Sanchez ex conventu de Ciudad Rodrigo.

- 6 Medina: Nieva *B*  
 8 /: f. 236v  
 15 Villa Escusa: Villascusa *B*  
 19 Lequeitio: Lequetio *R B*  
 20 Dominici: Domici [*sic*] *R*  
 22 Antonium: Andream *B*  
 25 Lorca: Lorea *B*  
 26-27 Sancto Cypriano: San Cebrian *B*  
 30 Gutierre. Gutierren *B* || /: f. 237r  
 32 de Toledo: *interl. R*

### IX. - ISTAE SUNT CONFIRMATIONES

Confirmamus illam ordinationem in qua sub praecepto formali prohibetur quod nullus possit cellam alterius intrare quocumque fratre intus existente, excepta cella prioris, magistri novitiorum  
 5 quoad sibi subditos et cellis magistrorum in theologia et eorum qui officio provincialatus in nostra provincia sunt perfuncti et supprioris, in quorum cellas ingredi poterunt, nisi a signo quod fit post completorium usque ad primam sequentis diei, neque possint priores et inferiores illis in hoc praecepto dispensare generaliter  
 10 cum aliis.

Confirmamus etiam illam ne prior alicuius conventus possit eligi in priorem alterius ante biennium expletum et quod nec supprioris nec lectores in conventibus in quibus commorantur possint eligi, quod si fuerint electi irrita sit et nulla electio.

15 Confirmamus et illam ne quis intret curiam regiam sine expressa licentia reverendi admodum patris / nostri Vicarii Generalis, idque nunc novo mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub formali praecepto.

20 Confirmamus et illam prohibentem prioribus et praesidentibus, ne fratribus licentiam concedant itinerandi extra dietam, quod praelatis maxime commendamus.

Confirmamus et illam quod fratres assignati vel etiam deputati recipiantur a praesidentibus conventuum ad quos mittuntur. Et nullo quaesito colore ad patrem nostrum provincialem remittantur;  
 25 poterunt tamen, si visum fuerit, rescribere patri nostro provinciali interimque fratres ipsos retineant et benigne tractent. Contrarium facientes a suis officiis absque ulla dispensatione absolvantur.

Confirmamus etiam illam quod bona fratrum defunctorum coram priore et duobus fratribus antiquioribus in illo conventu  
 30 numerentur, quorum numerus subscribatur nominibus eorundem fratrum et custodiantur bona fide, ut opportuno tempore intra eos ad quos pertinent dividantur.

Confirmamus et illam quod processus continentes delicta fratrum serventur, quandiu ipsi vixerint, clausi et signati in aliquo  
 35 conventu. Ipse etiam Pater noster Vicarius Generalis deferat secum

IX.7 quod: quo *R*

16 /: f. 337v | nostri: *om. B*

17 nunc novo: de novo *B*

25 rescribere: praescribere *R*

30 numerentur: *interl. R*

librum in quo sint scripta nomina et poenae eorum qui condemnati fuerunt, conventuum etiam ubi similiae scripturae custodiuntur.

40 / Item confirmamus illam qua imponitur poena gravioris cul-  
pae per 30 dies illis qui in locis ubi sunt conventus nostri Ordinis  
per unam aut plures noctes dormire praesumpserint; praesidentes  
vero qui in executione huius poenae negligentes fuerint graviter  
puniantur.

45 Illam etiam ne quis fratrum extra commune depositum pecu-  
nias habeat, praecipientes quod qui extra unum diem aut plures  
eas habuerint tanquam voti paupertatis transgressores puniantur.

Confirmamus praeterea illam in capitulo Victoriensi editam  
quod, quando prior aut aliquis vicarius conventus non habentis  
priorem mortuus fuerit, fiant pro eo suffragia ab omnibus fratribus  
tam conventus cui praesidebat quam illius ubi erat assignatus.

50 Illam praeterea quod acta in hoc capitulo promulgata vim suam  
et obligandi robur obtineant usque ad tempus in quo in singulis  
conventibus alia acta promulgentur.

55 Similiter volumus ut ordinationes unius visitationis valeant  
usque ad tempus in quo aliae ordinationes sequentis visitationis  
in publico legantur.

Illam etiam quod confessores monialium subiiciantur prioribus  
conventuum qui sunt in locis aut oppidis / ubi sunt ipsae moniales,  
ita ac si essent conventuales.

60 Illam etiam qua prohibentur ludus cartarum sub poena gravio-  
ris cul-pae per triginta dies in qua vigilent praelati quod, si negligentes  
fuerint in executione huius poenae ab officiis suis absolvantur.

## X. - ISTAE SUNT ORDINATIONES

5 Ordinamus quod nullus admittatur per patres axaminatores ad  
examen ut possit audire confessiones saecularium, nisi detulerit  
secum testimonium tam praesidentium suorum quam lectorum,  
quod per tres integros annos theologiam audierit, quod testimo-  
nium deferant in scriptis et nominibus praesidentium atque lec-  
torum subscriptum.

38 /: f. 238r | poena: om. B

40 praesumpserint: praesumpserit B

43 extra: interl. p. c. per B

45 transgressores puniantur: transgressor puniatur B

57 /: f. 238v

X.5 audierit: audierint B

Ordinamus etiam quod studentes non removeantur aut transferantur ab uno studio in aliud, nisi ex causa, quae maxime urgeat, in qua re vigilet multum reverendus admodum pater noster vicarius generalis.

Ordinamus etiam ut supprioros et alii inferiores praesidentes in absentia prioris aut sede vacante non faciant sumptus extraordinarios, et adveniente priore reddant illi omnium sumptuum specialem rationem.

/ Item ordinamus quod priores seu praesidentes conventuum teneantur reddere rationem omnium bonorum, quae superfuere defunctorum, reverendo admodum Vicario Generali aut provinciali sicut redditur ratio aliorum bonorum, quae sunt conventus. Ita tamen ut tertia pars illorum bonorum pro anima fratris defuncti applicetur.

Districte praeterea praecipimus omnibus prioribus aut praesidentibus aut magistris novitiorum ut omnem adhibeant diligentiam ut novitii caeterique fratres instruatur in cantu, nec recipiantur novitii ad professionem prius quam in cantu sint instructi sufficienter.

Declaramus insuper quod, quia frater Martinus Palomeque fuit institutus Praedicator Generalis in capitulo victoriensi immediate celebrato et acceptatus in capitulo generali Romae proxime celebrato. Et, si quis fuit error in designatione domus, non fuit circa alia / substantialia, volumus quod retineat possessionem, assignantes illi pro domo conventum de Carrion et ad maiorem cautelam petatur a Reverendissimo Generali ut sua auctoritate suppleat si quid omissum est.

## XI. - [HAEC SUNT NOMINA DEFUNCTORUM]

Haec sunt nomina defunctorum; in sequentibus invenies.  
/ Haec sunt nomina defunctorum.

- 12 supprioros et: *om. B*  
 14 reddant: redant *R B*  
 16 /: *f. 239r*  
 18 admodum: *om. B* | Patri nostro *ad. B*  
 22 praeterea: *repetit R* propterea *B* | aut...aut: et...ac *B*  
 31 /: *f. 239v*

- XI.1** HAEC SUNT: *om. B*  
 2 in-invenies: *om. B*  
 3 /: *f. 240r*

5 Ex conventu de Segovia frater Bartholomaeus Perez, sacerdos et pater antiquus; frater Marcus Garcia, sacerdos et pater antiquus; frater Gabriel de Aranguivel; frater Franciscus Nieto, laicus.

Ex conventu de Palentia frater Iosephus de la Cueva, sacerdos; frater Illefonus de Sancta Maria, sacerdos.

10 Ex conventu de Zamora frater Petrus Daza, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus Guillen, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Sanctis, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de la Fuente, sacerdos; frater Leandrus Vazquez, sacerdos; frater Petrus de Sancto Thoma, laicus.

15 Ex conventu de Santiago frater Thomas de Velasco, sacerdos et pater antiquus; quidam novitius.

Ex conventu de Toledo frater Alfonsus de Eslaba, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Alphonsus de Montalvo, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Martinus de Espinosa, sacerdos et Pater Antiquus; frater Dominicus Serrano, sacerdos; frater Ioannes de Lazcano, sacerdos; frater Laurentius de Torres, subdiaconus; frater Didacus de la Encarnacion, sacerdos et pater antiquus.

25 / Ex conventu de Salamanca Admodum Reverendus Pater frater Petrus Fernandez, Magister et Prior conventus, quondam Provincialis; Admodum Reverendus Pater frater Bartholomaeus de Medina, Magister; frater Martinus de Ayllon, Praedicator Generalis et pater antiquus et quondam Provincialis; frater Ioannes de Palentia, sacerdos et pater antiquus et cantor; frater Petrus de Cordoba, sacerdos et pater antiqua; frater Ioannes de Esquibel, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Gregorius del Aguila, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Ioannes de la Cruz, sacerdos et pater antiquus; frater Bartholomaeus de Alba, sacerdos; frater Ludovicus de Barrientos, Praedicator Generalis et Pater antiquus; frater Franciscus de Balbuena, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas de la Cueva, sacerdos et pater antiquus; frater Martinus

6 Aranguivel: Arangociel *B*

7-8 ex conventu-Maria: paulo *infra B*

11 sacerdos: pater antiquus *ad. a.c. R*

12 Leandrus: Leander *B*

13 Thoma: Ioanne *B* | laicus: *alio ordine sequuntur conventus Civitatensis, Compotellanus, Pampilonensis in B*

21 frater Didacus-antiquus: *om. B*

23 /: f. 240v | Admodum-Pater: *om B*

24 conventus: eiusdem *praem. B*

25 provincialis: prior *praem. B*

27 et-provincialis: *in marg. sin. R*

28 et cantor: *alia manu in marg. dex.*

Aparitio, diaconus; frater Ioannes de Ansola, iuuenis; frater Marianus de Escalante, laicus; frater Petrus de San Millan, laicus; frater Dominicus de Castellanos, laicus; frater Ioannes de Sancto Petro, laicus.

40 Ex conventu de Pamplona frater Franciscus de Torrijos, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Leon quidam donatus.

Ex conventu de Ciudad Rodrigo frater Antonius Núñez, sacerdos et pater antiquus; / frater Ioannes de Sancta Maria sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus Gonzalez, sacerdos.

45 Ex conventu de Stella frater Ioannes Garcia, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Artajona, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de San Pablo de Valladolid frater Dominicus de Colmenares, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Ioannes de Almager, sacerdos; quidam novitius; frater Illefonsus de Sandin, laicus; frater Ioannes de Vañares, laicus; frater Thomas de Sancto Michaelae, laicus; frater Martinus Sanz, laicus.

Ex conventu de Benavente frater Ludovicus Sosa, Praedicator Generalis et pater antiquus, frater Andreas de la Magdalena, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Ponce, sacerdos.

55 Ex conventu de Victoria frater Ioannes Ulovarri, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Echabarría, iuuenis.

Ex conventu de Lugo frater Petrus de Vivero, prior conventus; frater Didacus de Sancto Martino, sacerdos et pater antiquus.

60 Ex conventu de Peñafiel frater Petrus de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Christoforus de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus.

/ Ex conventu de Medina del Campo frater Andreas de Villarroel, sacerdos et pater antiquus.

65 Ex conventu de Villalon frater Marcus de Sancto Petro, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Nieva frater Stephanus de Benavente, sacerdos et pater antiquus.

38 Castellanos: Castellano *B*

41 et pater antiquus: *om. B*

44 /: *f. 241r*

48 de San Pablo: *om. B*

54 Magdalena: Madalena *R*

64 /: *f. 241v*

- 70 Ex conventu de Huete frater Didacus de Parada, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Espinosa, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Alcorcon, laicus.  
Ex conventu de Quintanilla frater Ferdinandus de Sancto Sebastiano, sacerdos et pater antiquus.
- 75 Ex conventu de Valencia frater Illefonsus de Soria, sacerdos et pater antiquus.  
Ex conventu de Sancto Petro de las Dueñas frater Ioannes de Parada, subdiachonus.  
Ex conventu de Palacios frater Andreas de Sancto Llano, Praedicator Generalis et prior conventus; frater Ioannes Serrano, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Nebreda, sacerdos et pater antiquus; fater Franciscus de Ribera supprior, frater Gregorius de Soto, laicus; frater Ioannes de Sancto Paulo.
- 80 Ex conventu de Truxillo frater Ioannes Sanchez, Praesentatus et prior conventus frater Ioannes Baptista, sacerdos et pater antiquus; / frater Illephonsus de Truxillo, sacerdos et pater antiquus; frater Paulus de Malpartida, sacerdos; frater Didacus de Sancto Pedro sacerdos; quidam novitius.
- 85 Ex conventu de Plasentia frater Ioannes de Gamarra, sacerdos et pater antiquus.
- 90 Ex conventu de Astorga fater Ioannes de Zamora, sacerdos et pater antiquus.  
Ex conventu de Avila frater Martinus de Lunar, Praesentatus, confessor multis annis Sanctae Theresiae; frater Franciscus de Xerez, sacerdos et pater antiquus; frater Sebastianus Vazquez, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Guilez, supprior; frater Didacus de Ladrada, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Victoria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Mosquiata acolitus; frater Andreas de Varrientos, acolitus; frater Isidorus de Sancto Ambrosio, laicus, et donatus quidam.
- 95 Ex conventu de Villada frater Thomas de Castro, Praedicator Generalis et Prior eiusdem conventus, frater Dominicus de Ortigosa, laicus.
- 100

83 Paulo: Petro *a.c. R*

84 Praesentatus: S. Esteban *in marg. dex., indicans esse conventus S. Stephani filium*

86 /: f. 242r

99 acolitus: *p. c. R*

- 105 Ex conventu de Carboneras frater Antonius Martinez, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus Muñoz, sacerdos et pater antiquus, frater Ioannes de Segovia, sacerdos.  
/Ex conventu de la Vera frater Vincentius de Aldeanueva, diaconus.
- 110 Ex conventu de Tudela frater Andreas Busto, Praedicator Generalis et prior conventus; frater Andreas Gomez, sacerdos.
- 115 Ex conventu de Guadalajara Frater Martinus de Sanctis, sacerdos et pater antiquus; frater Ferdinandus, sacerdos, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Ioannes Ruiz, sacerdos et pater antiquus; frater Christophorus Ramirez, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus Bigil, sacerdos; quidam donatus.
- Ex conventu de Trianos frater Martinus Franco, sacerdos et pater antiquus; frater Gabriel Blasco, acolitus; frater Illefonsus de Sanctis, laicus.
- 120 Ex conventu de Talavera frater Sebastianus de Sancta Chatherina, sacerdos et pater antiquus; frater Bartholus de Truxillo, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Ortiz, sacerdos et pater antiquus; frater Andreas de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Balbuena, sacerdos et pater antiquus; frater Genesis Serrano, laicus.
- 125 Ex conventu de Madrid frater Ioannes de Ribera, Praedicator Generalis et prior conventus; frater Ioannes Yturrioz, supprior; frater Petrus de la Ascension, sacerdos; / frater Michael de Villaverde, laicus; frater Petrus de la Encarnacion, laicus; frater Andreas Delgado, laicus; quidam novitius; frater Didacus de la Encarnación, sacerdos et pater antiquus.
- 130 Ex conventu de Caceres frater Bartholomaeus Urtado, sacerdos et pater antiquus.
- Ex conventu de Cuenca frater Stephanus de Miranda, Praesentatus et prior conventus; frater Antonius Calvo, sacerdos.
- 135 Ex conventu de Ocaña frater Antonius Collado, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Villanueva, sacerdos et pater antiquus; frater Bartholomaeus Pantoja, sacerdos et pater antiquus; frater Hieronymus Enzinas, sacerdos: frater Ioannes de Sancto Vincentio, laicus.
- 140 Ex conventu de Galisteo frater Ioannes de Cepeda, sacerdos et pater antiquus; frater Christophorus de Salas, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Calvo, laicus.

107 /: f. 242v

125 Yturrioz: p.c. R

126 /: f. 243r



Ex conventu Sancti Sebastiani frater Antonius de la Plaza, sacerdos et pater antiquus; frater Ignatius de Alava, sacerdos.

145 Ex conventu de Villalpando frater Ioannes de Aguirre, sacerdos.

Ex conventu de Soria frater Benedictus de Sancto Millan, sacerdos et pater antiquus; frater Hieronymus de Vega, sacerdos; frater Martinus de Sancto Petro, laicus, et quidam donatus.

150 / Ex conventu de Merida frater Illefonsus de Villanueva, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Mendez, sacerdos et vicarius conventus.

Ex conventu de Sancto Petro de la Tarçe frater Andreas Gonzalez, sacerdos et pater antiquus.

155 Ex conventu de Piedrahita frater Paulus Ordoñez, sacerdos et pater antiquus; frater Maathaeus de la Cruz, sacerdos et pater antiquus; duo donati.

Ex conventu Complutensi frater Petrus de Sancto Ioanne, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancto Domingo, sacerdos.

## XII. - SUFFRAGIA PRO VIVIS

Pro sanctissimo domino nostro Gregorio 13 et pro felicissimo statu Romanae Ecclesiae quilibet conventus unam missam.

5 Pro Catholico [et invictissimo] rege nostro Philippo, praeter ordinarias preces, quas in singulis conventibus fieri mandamus, et pro serenissimis principibus cum prole regia, quilibet conventus unam missam.

10 Pro illustrissimis dominis archiepiscopis Toletano, Compostellano, Burgensi, Caesaraugustano, et episcopis Cordubensi, Seguntino, et aliis plurimis episcopis huius regni, qui copiosas nostro capitulo eleemosynas dederunt, quilibet conventus unam missam.

Pro illustrissimis dominis comite Benaventano et aliis ducibus, comitibus et marchionibus, qui pro sumptibus capituli contulerunt eleemosynas copiosas, quilibet conventus unam missam.

15 Pro insigni civitate Valleoletana et pro aliis omnibus benefactoribus huius capituli, quilibet conventus unam missam

149 /: f. 243v

XII.4 [et invictissimo]: *om. R ad. B*

13 pro sumptibus capituli: *om. B* | /: f. 244r

15 insigni: insignia *B*

### XIII. - SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS

Pro fratribus et sororibus in nostra provincia defunctis a praecedenti capituli et pro aliis omnibus benefactoribus defunctis quilibet sacerdos unam missam.

### XIV. - [ULTIMAE DETERMINATIONES]

Concedit admodum pater noster Vicarius Generalis in provinciale electum omnibus fratribus et sororibus nostrae provinciae quod alias expositum confessorem semel tantum eligere valeant et ab eodem de praeteritis casibus et censuris, quae usque ad notitiam praesentium incurrerunt, absolvi possint, sicut ab ipso reverendo patre nostro poterant absolvi.

Mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub formali praecepto omnibus sociis conventuum atque etiam praesidentibus non habentibus socium, ut acta huius capituli fideliter scribant et nostris nominibus subscriptis ad suos conventus deferant, mandantes omnibus praesidentibus ut tam nostras constitutiones quam acta capituli quam ordinationes in visitatione factas bis per annum publice legi faciant.

Sententias iudicum approbamus, praesertim sententiam in mense / aprilis 1581 datam a reverendo patre Praesentato fratre Dominico de Ulloa, priore huius conventus Sancti Pauli et Vicario Generali huius provinciae in visitatione novissime facta in conventu Palentino.

Sequens capitulum assignamus in conventu Sanctae Mariae de Atocha de Madrid, celebrandum dominica *Deus qui errantibus* anno 1583. Auctoritatem etiam nostram reservamus usque ad feriam secundam inclusive, deincepsque reverendo Patri nostro Vicario Generali eam commitimus.

Datis ut supra. Omnibus autem praedictis fratribus qui in confessores et vicarios monialium et in suppriorum et praedicatorum conventuum et in vicarios etiam conventuum instituuntur

**XIII.2** provincia: <provincia > *spatium album B*

**XIV.1** [ULTIMAE...]: *om. RB*

8 obedientiae: *om. B*

14 publice: *plublice B*

16 /: *f. 244v | 1581: interl. R | a reverendo: cum correctionibus R*

17 Sancti Pauli: Vallesoletani: *ad. B*

30 praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae  
sub praecepto formali ut intra mensem a notitia praesentium se  
praesentent conventibus seu monasteriis, quibus designantur, ut  
sua officia exequantur.

35 Illis autem confessoribus seu vicariis monialium qui modo  
apud ipsas commorantur et ceteris vicariis sub eodem praecepto  
mandamus ut inde non recedant donec eorum successores praesen-  
tes fuerint, et tunc ad conventus, quibus assignati sunt revertantur  
intra 20 dies a praesentia suorum successorum.

#### XV. - [SUBSCRIPTIONES AUTOGRAPHICAE]

5 Frater Ioannes de Trianos, Vicarius Generalis  
/ frater Hieronymus de Almonacir, diffinitor  
Frater Antonius de Arze, diffinitor  
Fray Francisco de Santo Domingo, diffinitor  
Fray Alonso de Rojas, diffinitor

#### [APPENDIX SAECULI XVIII:]

5 [In marg. sin.: «Vide Monopoli, t. 1, f. 410»] «Murió el Provincial  
antes de cumplir un año de oficio, y a insinuación de el Rey vino  
a Vicario General de la Provincia el Maestro fr. Alberto de Aguayo  
de la Provincia de Andalucía, que se crió con el ilustre Don Fray  
Lorenzo de Figueroa en San Esteban. Presidió el capítulo del año  
de 83, tenido en Atocha, en que fue electo Provincial nuestro fray  
Juan de las Cuevas, maestro de el Archiduque Aberto y obispo al  
último de Ávila. Pónese esta nota aquí por suplemento de las actas  
10 que faltan de dicho capítulo de 83».

33 ceteris: ceteriis R

XV.1 [SUBSCRIPTIONES...]: om. RB

3 /: f. 245r

## ACTA DEL CAPÍTULO PROVINCIAL DE TORO DE 1585

## INTRODUCCIÓN

Con un brillante equipo de provincial y definidores se abre este capítulo de la provincia dominicana de España celebrado en el Real convento de San Ildefonso de la ciudad de Toro el 12 de mayo de 1585. Es provincial fray Juan de las Cuevas, Maestro en Sagrada Teología, y le acompañan como definidores Juan de Orellana, Maestro en Teología y Rector del Colegio de San Gregorio de Valladolid; Tomás de Guzmán, también Maestro en Teología y Rector del colegio dominicano de Alcalá; Pascual de Villalva, Predicador General y prior de Toro, y Juan de Villafranca, Prior de Plasencia. Las copias que tenemos delante, la Romana y la Burgalesa son copias de toda garantía. Es más completa la Romana; en concreto la sección de difuntos que es muy abundante en la de Roma, la de Burgos se contenta sólo con anunciarla. Por eso será la primera la que nos sirva de base, haciendo referencia en su momento a cada una de las variantes de la segunda.

Se destacan en estas actas la necesidad de estar bien preparados para el ministerio de la predicación y para la atención debida al sacramento de la penitencia. Para ambas cosas se exigen exámenes especiales y la garantía de la licencia del superior. La formación teológica es muy completa y exigente. Teniendo por modelo o texto oficial el de Santo Tomás de Aquino en la *Suma de la Teología*, queda ésta distribuida de la siguiente forma: se dedican dos años para la *Primera Parte*; otros dos vienen dedicados a la *Prima Secundae*; cuatro años se dedicarán a la *Secunda Secundae*, y otros cuatro a la *Tercera parte y suplementos*. Por su lado, a la Sagrada Escritura se dedican estudios especiales en diversos conventos, a los que deben acudir los frailes según el orden que se señale. Los novicios no pueden ser enviados a otros conventos hasta cumplido un año después de terminado el noviciado.

In con de uilla mayor fr. Hierony de gironam ex con s. Petri de la  
 carta quem eß damus in vicarium

ij<sup>ta</sup> sunt confirmaciones

Confirmamus antiquum prouincis morem precipientes in uirtute s<sup>ti</sup>  
 et sancte obedientis sub precepto formali q<sup>o</sup> nullus possit cellam alterius  
 intrare quocumq<sup>ue</sup> fratre intus existente excepta cella prioris et cella  
 Magistri iurior<sup>um</sup> quoad sibi subditos et cellis magistror<sup>um</sup> et eor<sup>um</sup> qui  
 officio prouincialatus h<sup>ab</sup> in nra p<sup>ro</sup>uincia functi sint, et suffrag<sup>aneos</sup>,  
 in quor<sup>um</sup> cellas ingredi poterunt nisi a signo q<sup>o</sup> sit post completor<sup>um</sup>  
 usq<sup>ue</sup> ad i<sup>ta</sup> sequentis diei. priores aut<sup>em</sup> et inferiores illis non possint  
 in hoc precepto generalit<sup>er</sup> dispensare cum alijs

Confirmamus et<sup>iam</sup> illam ne prior alicuius conuentus possit eligi in  
 priorem alterius con. ante diuini<sup>um</sup> exp<sup>re</sup>ctum et q<sup>o</sup> nec superi.  
 ores nec lectores in conuentibus in quibus commorant<sup>ur</sup> possint  
 eligi: q<sup>o</sup> si fuerint electi uirta sit et nulla talis electio

Confirmamus et<sup>iam</sup> illam ordinationem in qua sepe prohibuitur e<sup>st</sup> Provi.  
 bus et presid. conuentuum ne fratribus licentiam concedant ite<sup>ri</sup>  
 norandi e<sup>st</sup>. dictam q<sup>o</sup> de nouo eis mandamus in uirtute s<sup>ti</sup> et s<sup>ta</sup>  
 obedientis suo precepto formali

Confirmamus et<sup>iam</sup> illam nec ne quis intret curiam Regiam sine  
 licentia expressa de admodum patris n<sup>ost</sup>ri prouincialis q<sup>o</sup> de nouo  
 mandamus in uirtute s<sup>ti</sup> et sancte obedientis sub precepto formali

Confirmamus pretere<sup>am</sup> illam q<sup>o</sup> fratres assignati .i. de putati reci.  
 piant a presidentibus conuentus ad quos mittunt<sup>ur</sup> et nullo querito  
 colore ad patrem n<sup>ost</sup>rum prouincialem demittant<sup>ur</sup> poterunt t<sup>er</sup> si  
 visum fuerit reseruire prouincis p<sup>ro</sup>sti. interim q<sup>o</sup> fratres ipsos.  
 retineant et benigne tractent, uisitarium facientes absq<sup>ue</sup> ulla dis

### [ACTA CAPITULI TAURENSIS ANNI 1585]

Haec sunt acta capituli provincialis celebrati in conventu Sancti Ildefonsi Taurensis 12 die maii sub reverendo admodum patre nostro fratre Ioanne de las Cuevas, Magistro, provinciae Hispaniae Ordinis Praedicatorum, diffinientibus admodum reverendis patribus fratre Pascuale de Villalva, Praedicatore Generali et priore praefati conventus, et fratre Ioanne de Orellana, Magistro, regente collegii Sancti Gregorii Valleoletani; fratre Thoma de Guzman, Magistro, rectori collegii Complutensis, et fratre Ioanne de Villafranca, priore Placentino.

#### I. - ISTAE SUNT ABSOLUTIONES

Absolvimus omnes supprioros et vicarios conventuum non habentium priores, exceptis supprioribus de Aranda et conventus de Palacios, quia nuper instituti sunt, et supprioribus conventus Segoviensis et conventus Sancti Sebastiani et conventus Sanctae Crucis de Carboneras propter instantem electionem.

#### II. - ISTAE SUNT ACCEPTATIONES

Acceptamus acta capituli generalis Romae celebrati in conventu Sanctae Mariae super Minervam in die Pentecostes anno Domini 1583, 28 die maii. Sed iustis de causis iustum est expedire bono huius nostrae provinciae regimini quod aliqui patres in ea et modo et in posterum utroque titulo Praesenturae Sacrae et Praedicatoris Generalis gaudere et honorari possit, quatenus in ea ordinatione dicti capituli generalis aliter sit ordinatum.

Acceptamus etiam in Magistrum Sacrae Theologiae admodum reverendum patrem nostrum fratrem Ioannem de las Cuevas huius nostrae provinciae priorem provincialem.

2 f. 248r | Toro...†...1585 in marg. superiori R | conventu: nostro *praem B*

4 Ioanne: *cum aliqua correctione in marg. R* | Magistro: *interl. R*

I.6 electionem: *p. c. R*

II.4 bono: non *B*

### III. - PRAESENTATIONES

Exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii inclusive fratrem Petrum Romero ex conventu Abulensi.

### IV. - ISTAE SUNT DENUNTIATIONES

Denuntiamus omnibus fratribus huius provinciae reverendum admodum patrem nostrum Provincialem fratrem Ioannem de las Cuevas durare / in officium provincialatus usque ad diem sabbati  
5 ante dominicam *Deus qui errantibus* anni 1587, quod in gratiam huius provinciae et ad petitionem multorum priorum reverendissimus Magister Ordinis concessit habita ad hoc speciali facultate a sancto domino nostro Gregorio 13 anno 1580 dato prohibitum esse  
10 quarumcumque personarum tam laicarum quam ecclesiasticarum extra Sancti Dominici Ordinem constitutarum ullam gratiam petant, et contrarium facientes ad talem gratiam consequendam inhabiles perpetuo fore et esse, ut magis et latius constabit in ipsomet motu proprio de verbo ad verbum expresso et inserto in harum nostrarum ordinationum fine.  
15

### V. - ISTAE SUNT INSTITUTIONES

Instituimus in vicarium regni Galletiae reverendum patrem fratrem Ioannem de Piña, Praedicatorum Generalem et priorem Compostelanum cum ea potestate qua solent institui huiusmodi  
5 vicarii. In vicarium Sancti Dominici de Betanzos fratrem Ioannem de Robledo ex conventu de Piedrahita. In vicarium de Bilbao fratrem Ambrosium de Matanza, Praedicatorum Generalem. In vicarium Sancti Dominici de Soria fratrem Dominicum de Salinas, qui modo etiam est vicarius. In vicarium Sancti Petri de la Tarza  
10 fratrem Thomam de Vega ex conventu Sancti Dominici de Valentia. In vicarium de Pantón fratrem Ludovicum Centellas ex conventu Civitatensi.

IV.3 /: f. 248v

V.7 Matanza: [de] San Esteban *in marg. dex. R*

7-9 In vicarium Sancti Dominici-vicarius: *om. B*

11 Pantón: Pantom *B*

11-12 ex-Civitatensi: *om. B*

## VI. - ISTAE SUNT CREATIONES

Creamus in priorem nostri conventus Sancti Andreae de Merida fratrem Petrum del Aguila ex conventu Abulensi cum ea potestate quam alii priores solent habere.

- 5 / In praedicatores autem Generales creamus sequentes: fratrem Alphonsum Lozano priorem Zamorensem pro eodem conventu; fratrem Gasparum de Cordova priorem de Logroño pro collegio Sancti Gregorii; fratrem Martinum de Cai priorem de la Coruña pro conventu de Logroño; fratrem Vincentium de Riva de Neira  
10 priorem de Rio Seco pro conventu de Mombeltran; fratrem Sebastianum de Ayllon priorem de Saelices pro conventu Salmantino; fratrem Gasparem de Aviles priorem de Hita pro conventu de Caceres; fratrem Ioannem Lopez priorem de Sangüesa pro conventu de Rojas; fratrem Hieronymum de Aguiar ex conventu Burgensi pro  
15 conventu de Ciudad Rodrigo; fratrem Gregorium de San Pedro ex conventu Zamorensi pro conventu de Peñafiel; fratrem Franciscum Fernandez ex conventu Taurensi pro conventu de Lugo; fratrem Didacum Granero ex conventu Sancti Thomae de Madrid pro conventu de la Vera; fratrem Didacum del Valle ex conventu Vallisoletano pro conventu de Leon; fratrem Blasium de Sancta Cruce  
20 ex conventu de Tudela pro conventu de Sancto Petro de la Tarza; fratrem Ioannem Manuel ex conventu Sancti Andreae de Medina pro conventu de Carrion; fratrem Bartholomaeum de Villafranca ex conventu Burgensi pro conventu de Hita; fratrem Ludovicum de Rojas ex conventu de Caceres pro conventu de Vivero; fratrem Mauritium de Soria ex conventu Victoriensi pro conventu de Tava-  
25 ra; fratrem Ioannem de Villafranca ex conventu Vallisoletano pro eodem conventu; fratrem Balthasarem de Leon ex conventu de Nieva pro conventu de Quintanilla fratrem Sebastianum Bravo ex  
30 conventu de Rioseco pro conventu de Stela; fratrem Ferdinandum de Barahona ex conventu Abulensi pro conventu de Tudela; fratrem Ludovicum de la Ascension ex conventu de Madrid pro conventu Taurensi; fratrem Alphonsum de Salvatierra ex conventu Salmantino pro conventu de Tordesillas.

VI.5 /:f. 249r

19 Vera: fratrem Sebastianum Bravo pro conventu de Estella: *ad. B*

19s ex conventu Valleoletano: *om. B* | Valleoletano: Valleoletani *R*



## VII. - CONFESSORES MONIALIUM

5 In conventu de Aldeanueva vicarius frater Dominicus Gonzalez, qui modo est vicarius. Confessores frater Alfonsus de Oviedo ex conventu de Leon, frater Franciscus de Jara ex conventu de Carvoneras.

/ In conventu de Belmonte procurator frater Thomas de Alcazar ex conventu de Villascusa; confessor frater Melchior de Salazar ex conventu de Rojas.

10 In conventu de Bilbao frater Ioannes de Gallego ex conventu de Villascusa.

In conventu de Belvis frater Petrus Lozano ex conventu de la Vera, quem damus in vicarium.

15 In conventu de Caleruega frater Ioannes de Soto ex conventu Vallisoletano et frater Martinus de Sena ex conventu de Pamplona, quem etiam damus in procuratorem.

In conventu de Cifuentes frater Franciscus Gonzalez ex conventu de Madrid; frater Franciscus Rengiso ex conventu de Plasencia, quem etiam damus in vicarium et procuratorem.

20 In conventu de la Casa de la Reina procurator frater Martinus de Garibai, qui modo etiam est procurator; confessor frater Ioannes de Ribadeneila ex conventu de Medina del Campo.

In conventu de Lequeitio procurator frater Stephanus de Veriaim ex conventu de Bilbao; confessor frater Ioannes Ordoñez ex conventu Sancti Iuliani.

25 In conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid frater Petrus de Pereña ex conventu...; frater Antonius Lozano ex conventu de Ocaña et frater Rodericus Sanz ex conventu de Medina del Campo.

30 In conventu Sanctae Mariae de Medina del Campo de las Dueñas frater Martinus Vara ex conventu de Galisteo et frater Petrus Gutierrez ex conventu de Truxillo.

In conventu de Olmedo frater Antonius de Grijalba ex conventu de Villalon, quem etiam damus in vicarium.

In conventu de Orellana frater Laurentius de Sancto Augustino, quem damus in vicarium.

### VII.6 /: f. 249v

8 Rojas: in conv. *ad. a.c. R*

20 Garibai: Garabai *B*

22 Lequeitio: Laquetio *R B*

31 Antonius: Ioannes *B* | Grijalba: *repetit clarius in marg. dext. R*

35 In conventu de Quexana vicarius frater Thomas de Sancto Petro ex conventu de Peñafiel; procurator frater Antonius Perez ex conventu de Valentia.

In conventu de Sancto Cypriano confessor frater Dominicus de Porres ex conventu de Leon, et frater Ioannes Martin confessor et  
40 procurator ex conventu de Logroño.

In conventu Sancti Dominici Regalis de Toledo frater Didacus de Zarate ex conventu de Estella, frater Didacus Mendez ex conventu de Talavera; frater Petrus Bejarano ex conventu Placentino.

In conventu de la Madre de Dios de Toledo frater Didacus  
45 Granero ex conventu de Madrid, frater Matthaeus Hernandez, ex conventu de Medina del Campo.

/ In conventu de Villamayor frater Hieronymus de Guzman ex conventu Sancti Petri de la Tarza, quem etiam damus in vicarium.

### VIII. - ISTAE SUNT CONFIRMATIONES

Confirmamus antiquam provinciae morem, praecipientes in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali quod nullus possit cellam alterius intrare, quocumque fratre intus  
5 existente, excepta cella prioris et cella magistri novitiorum quoad sibi subditos et celis magistrorum et eorum qui officio provincialatus in nostra procintia functi sunt et suppriorum, in quorum cellas ingredi poterunt, nisi a signo quod fit post completorium usque ad primam sequentis diei. Priores autem et inferiores illis non possint  
10 in hoc praecepto generaliter dispensare cum aliis.

Confirmamus etiam illam ne prior alicuius conventus possit eligi in priorem alterius conventus ante biennium expletum, et quod nec supprior nec lectores in conventibus in quibus commorantur possint eligi; quod, si fuerint electi, irrita sit et nulla talis electio.

15 Confirmamus etiam illam ordinationem in qua saepe prohibitum est prioribus et praesidentibus conventuum ne fratribus licentiam concedant itinerandi extra dietam, quod de novo eis mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali.

47 /: f. 250r

VIII.9 possint: poterunt *B*

14 possint eligi: *om. B*

20 Confirmamus etiam illam ne quis intret curiam regiam sine  
licenta reverendi admodum patris nostri provincialis, quod de  
novo mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae  
sub praecepto formali.

25 Confirmamus praeterea illam quod fratres assignati vel depu-  
tati recipiantur a praesidentibus conventus ad quos mittuntur, et  
nullo quaesito colore ad patrem nostrum provincialem remittantur.  
Poterunt tamen, si visum fuerit, rescribere patri nostri provinciali,  
interim quod fratres ipsos retineant et benigne tractent. Contrari-  
um facientes absque ulla / dispensatione a suis officiis per mensem  
30 suspendantur.

Confirmamus etiam illam quod bona fratrum defunctorum  
coram priore et duobus fratribus antiquioribus illius conventus  
numerentur, quorum numerus subscribatur nominibus eorum  
dictorum patrum et custodiantur bona fide, ut opportuno tempore  
35 inter eos ad quos pertinent dividantur, et priores seu praesidentes  
conventuum teneantur reddere rationem omnium bonorum, quae  
superfuere defunctorum admodum reverendo patri nostro provin-  
ciali sit reddita ratio aliorum bonorum, quae sunt conventibus. Ita  
tamen haec omnia debent intelligi quod tertia pars illorum bono-  
rum applicetur pro anima fratris defuncti statim post eius obitum.

40 Et simul confirmamus illam in capitulo Victoriensi editam, et,  
si opus est, de novo ordinamus quod quando prior aut vicarius  
conventus non habentis priorem obierit fiant pro eo suffragia non  
solum a fratribus illius conventus, in quo est assignatus, sicut in  
45 sacris nostris constitutionibus sancitum est, sed etiam a fratribus  
illius conventus, in quo erat prior aut vicarius.

Et confirmatur etiam illam ordinationem quae saepe statuta  
est, et si opus est hoc de novo ordinamus et mandamus quod acta  
in hoc capitulo promulgata viam suam obligandi obtineant usque  
50 ad diem in quo alia acta sequentis capituli in singulis conventibus  
promulgentur. Similiterque ordinationes unius visitationis valeant  
usque ad tempus in quo aliae ordinationes sequentis visitationis  
in publico legantur.

Confirmamus tandem aliam ne quis fratrum extra commune  
depositum pecunias habeat, et qui post unum diem elapsam illas  
extra commune depositum habuerit tanquam voti paupertatis  
transgressor puniatur.

20 ne: *p.c. R | l. 29 /: f. 250v*

32 coram priore: *interl. R*

42 ordinamus: *statuimus B*

## IX. - ISTAE SUNT ORDINATIONES

/ Cum nostri instituti maxime sit proximorum animabus mederi  
 et ad hoc vocati simus in hac praedicatorum familia, ordinamus  
 quod nullus admittatur ad examen pro audiendis confessionibus  
 5 saecularium et praedicando verbo Dei, nisi examinandus secum  
 detulerit testimonium in scriptis tam praesidentis sui conven-  
 tus quam suorum lectorum quod peregerit tres cursus integros  
 audiendo duas sacrae theologiae lectionis aut tribus annis unam  
 10 lectionem unam lectionem summarum sicut in aliquibus conveni-  
 bus in hac provincia legi solet; cursus autem nomine intellegimus  
 maiorem partem anni. Quod, si patres examinatores facultatem  
 audiendi confessiones aut praedicandi alicui fecerint qui non  
 secum hoc testimonium detulerint, talis licentia nulla sit et eam ex  
 nunc annullamus. Sunt vero examinatores duo Magistri aut Magis-  
 15 ter cum uno Praesentato, et simul debent convenire ad examen  
 faciendum, revocamusque omnes licentias usque modo concessas  
 illis qui praedictos recursus sicut expositum est non expleverunt  
 in Sacra Theologia, nisi denuo examinati reperti fuerint idonei et  
 approbentur.

20 Declaramus autem quod, quamvis nunc revocentur istae licen-  
 tia, non tamen revocantur pro nunc sed post tres menses a notitia  
 praesentium, intra quod tempus admodum reverendus pater noster  
 provincialis mittet examinatores ad conventus de Navarra, Galle-  
 25 tiae et Extremadura et de Vizcaia; reliqui autem ad alios conventus  
 pertinentes poterunt addire patres examinatores propinquioris  
 conventus ut intra hoc dictum tempus trium mensium ab ipsis  
 examinentur. Et patres examinatores obsecramus per viscera Iesu  
 Chrisiti onerando in hoc ipsorum conscientias, quod, si affectione  
 30 ad ipsos pervenientes et tales non concedant licentias, nisi illis  
 quos satis idoneos iudicaverint; et insuper mandamus omnibus  
 fratribus sub poena excommunicationis maioris latae sententiae  
 ipso facto incurrendae ne confessiones saecularium audiant nisi /  
 tenorem et facultatem licentiarum ipsis concessarum ab ordinariis  
 35 suis secundum quod ab examinadoribus nostri ordinis datum fuerit.

IX.1 /: 251r | ISTAE SUNT: *om. B*  
 3 ordinamus: *in marg. dext. R*  
 33 /: f. 251v

Ordinamus praeterea quod in omnibus locis in quibus conventus habemus et in omnibus aliis vicinis ad dictos conventus pertinentibus, in quibus fratres talium conventuum praedicare consueverunt fraternitates Nominis Iesu et Rosarii Beatae Virginis Mariae instituant iusta ordinationes ipsarum fraternitatum, in cuius rei executionem priores et praesidentes conventuum maximam adhibeant curam, et nullo modo concedere possint facultatem praedicandi praedictas fraternitates aliis quam nostri Ordinis religiosi; quod eis praecipimus sub poena suspensionis ab officiis per duos menses.

Et, ut inter nos constitutiones harum fraternitatum exacte servantur, ordinamus et mandamus quod prima dominica singulorum mensium fiat per claustra processio et, sicut in nostris ordinariis praecipitur fiat alia processio per claustra semel in qualibet hebdomada pro defunctis.

Item ordinamus quod patres priores mittant fratres non semel aut iterum, sed saepe ad carceres et hospitalia, ut confessiones infirmorum et incarceratorum audiant Deique verbum eis praedicent, maxime in quadragesima et in aliis praecipuis solemnitatibus, et admodum reverendus pater noster provincialis in suis visitationibus diligenter inquireat de observantia huius statuti et negligentes acriter reprehendat et puniat.

Ordinamus etiam in maximam studentium utilitatem quod lectores theologiae sic interpretent partes *Summae Theologiae* quod primam partem intra duos annos et primam secundae intra alios duos annos et secundam secundae intra quatuor, et tertiam cum additionibus intra alios quatuor absolvant. Contrarium autem facientes ab officio lectoratus sine aliqua remissione absolvantur. Super quo conscientiam admodum reverendi patris nostri provincialis oneramus.

Et sub eadem poena mandamus artium lectoribus Summularum logicae et Philosophiae ne specialia dictent commentaria, sed in his omnibus ea legant in voce ea quae a nostris magistris sunt tradita et typis mandata.

/ Iuvenes autem non mittantur ad studia extra suas domos ante unum annum ad minus elapsam a professione, sed, si assignatio-

37 vicinis: viciniis *R*

43 aliis: *om. R*

67 specialia: alia *B*

70 /: *f. 252r*

nes aliquae contra hanc ordinationem concessae sunt, eas ex nunc revocamus et nulatenus valere volumus.

75 Item ordinamus sacrarum litterarum seu Sacrae Bibliae lectiones in conventibus sequentibus: in conventu Zamorensi, in conventu de Nieva, in conventu de Medina del Campo, Benavente, Peña de Francia, in conventu Civitatensi, in conventu Conqueensi, Hita, Victoria, Sancti Sebastiani, Coruña, Pamplona, et in unaquaque hebdomada tres saltim lector leget lectiones hora a priore conventus signanda; quibus lectionibus debent interesse omnes fratres clerici, maxime confessores et praedicatores et qui sacram audierunt theologiam; neque aliquis absit nisi de licentia prioris, et admodum reverendus pater noster provincialis summa cum diligentia provideat de competentibus lectoribus.

85 Ordinamus etiam quod nullus frater unquam neque in aliquo loco possit ad cartas ludere nec taurorum agitationi interesse neque extra nostras aut aliorum religiosorum domos commediarum representationibus nec pernoctare extra conventum nostrum in oppidis in quibus tales conventus habemus, neque in istorum oppidorum suburbibus, sub poena gravioris culpae per 15 dies, quae poena ita est a prioribus seu conventuum praesidentibus executioni mandanda ut contra facientes ipso facto absque nova superioris declaratione sint per unum mensem ab officiis suis suspensi. Et volumus et delaramus quod praecepta contra haec quatuor quae in hac ordinatione scripta, sunt imposita an admodum reverendo patre nostro provinciali vel in visitationibus vel in aliis quibuscumque litteris ex nunc ullam obligandi vim retineant, sed in praedictam poenam sint commutata.

100 Cum etiam noverimus illam nostram sanctam constitutionem prohibentem lineorum usum ad carnes, non ea quae oportet integritate servari revocamus omnes licentias utendi lineis, et si ab admodum reverendo patre nostro provinciali fuerint concessae.

105 / Volumusque quod deinceps solus ipse tales licentias concedere possit, et, ut hoc pro votis inviolabilibus observetur, mandamus prioribus sui praesidentibus conventuum quod intra commodum et breve tempus de duabus tunicis laneis ommibus fratribus provideant. Et, qui in hoc fuerint negligentes reperti, a suis officiis per unum mensem suspendantur; priores tamen teneantur ipsi

76 de Nieva: Sanctae Mariae *praem. B* | Nieva: In conventu de Peñafiel *ad. B*

76 Benavente: in conventu de *praem. B* | Peña de Francia: in conventu de *praem. B*

103 /: f. 252v

110 priores aut praesidentes conventuum dare has tunicas vel alias vestes, etiam quando frater a tali conventu revocatur, si hic frater aliunde iam habet decentes et competentes, quando autem dantur illi vestes scribantur in ipsa assignatione quae sint.

115 Tandem ordinamus et sub praecepto mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae omnibus prioribus et praesidentibus conventuum quod cum primum ad ipsorum aures pervenerit aliquem fratrem in suis districtis absque licentia et cum scandalo vagari diligenter illum comprehendere procurent et caute et bona fide eum detineant, idque admodum reverendo patri nostro provinciali denuntient.

120 Sub eodem etiam praecepto mandamus omnibus prioribus et praesidentibus conventuum quod quando aliquis frater a suo in alium conventum fuerit assignatus et deputatus, si privatus fuerit privilegiis seu gratiis nostri Ordinis propter aliquas culpas ab ipso commissas aut ad quascumque alias poenas iudicialiter damnatus  
125 id similiter denuntiet priori seu praesidenti illius conventus cui assignatur et deputatur.

#### X. - HAEC SUNT NOMINA DEFUNCTORUM

In conventu Taurensi obiit frater Franciscus Cabero, sacerdos et pater antiquus, frater Andreas Dorado, sacerdos et pater antiquus et Praedicator Generalis, frater Ferdinandus de Barrientos, laicus,  
5 frater Antonius Navarro, laicus.

/ In conventu Sanctae Crucis de Segovia frater Alphonsus Diaz, sacerdos et Pater Antiquus, frater Thomas Gonzalez, sacerdos; frater Ioannes Ortiz, sacerdos; frater Franciscus Muñoz, diaconus.

10 In conventu Palentino frater Petrus de Herrera, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius Calvo, sacerdos et pater antiquus; frater Augustinus de la Cruz, sacerdos et pater antiquus.

15 In conventu Zamorensi frater Laurentius de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas de Ribera, sacerdos et pater antiquus, frater Augustinus Arias, sacerdos; frater Didacus de Guevara, sacerdos; frater Petrus de Lemos, sacerdos; frater Ioannes Baptista, laicus; unus novitius, laicus.

113 ordinamus: in virtute *ad. a.c. R*

X.1 HAEC-DEFUNCTORUM: Nomina defunctorum manent in libro vitae *B, non portando hic nomina defunctorum*

6 /: f. 253r

In conventu Compostelano frater Petrus de Sancto Thoma, sacerdos et pater antiquus; frater Ambrosius Palomeque, sacerdos et pater antiquus.

20 In conventu Burgensi frater Lesmes de Astudillo, Praesentatus et Praedicator Generalis et prior eiusden conventus; frater Dominicus de Ruilova, sacerdos et pater antiquus; frater Hieronymus de Castro, sacerdos et pater antiquus; frater Nicholaus de la Torre, sacerdos et pater antiquus; frater Alfonsus de Arcos, sacerdos et pater antiquus; frater Iosephus de Lezana, sacerdos et pater antiquus; frater Gregorius de Burgos, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Gomez, sacerdos; frater Gregorius de Sancto Dionisio Iuvenis; frater Martinus de Villela, laicus, et quidam novitius.

30 In conventu Toletano frater Ioannes de Logroño, sacerdos et pater antiquus; frater Benedictus de Villadiego, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Sanchez, sacerdos; frater Antonius de Alderete, laicus.

/ In conventu Salmantino reverendua pater frater Dominicus de Guzman, Magister; reverendus pater frater Paulus Marin, Magister; Frater Dionisius de Rivera, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancto Thoma, sacerdos; frater Bernardus de Ozcoidi, diaconus; frater Ferdinandus Nuñez, subdiaconus; frater Ioannes Garcia, acolitus; frater Ambrosius de Sancto Petro, laicus; frater Petrus de San Christobal, laicus; frater Petrus de Gaona, laicus; quidam donatus.

40 In conventu Vallisoletano frater Petrus de Piña, sacerdos et pater antiquus; frater Santius de Zarai, sacerdos et Praedicator Generalis; frater Dominicus de Sancto Illefonso, sacerdos et pater antiquus et supprior; frater Gabriel de Segovia, sacerdos et pater antiquus; rater Michael de Sanctis, acolitus; frater Andreas Perez, laicus.

In conventu de Stella frater Dominicus de Bilbao, sacerdos; frater Ludovicus Moñiz [*sic*] ex provintia Lusitana, sacerdos et pater antiquus.

50 In conventu de Piedrahita frater Antonius de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus Ruiz, laicus; frater Sebastianus de la Visitation [*sic*], laicus.

In conventu de Toledo frater Ioannes de Soto, prior eiusdem conventus et praedicator generalis; frater Andreas Alvarez, sacerdos.

23 Nicholaus: p. c. R

33 l: 253v



55 In conventu de la Coruña frater Gonzalo Raposo, sacerdos et pater antiquus; frater Bartholomeus Posa, sacerdos.

In conventu de Rivadavia frater Michael Arias, sacerdos.

60 In conventu de Peña de Francia frater Antonius de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus Ramirez, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de Villaverde, sacerdos et pater antiquus.

In conventu de Alcalá frater Illefonsus de la Cruz, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Carrion, sacerdos.

65 / In conventu Placentino frater Ioannes de la Vera, prior eiusdem conventus et praedicator Generalis; frater Martinus de la Roda, sacerdos.

In conventu de Pontevedra frater Christophorus Stephanus, sacerdos et pater antiquus.

70 In conventu de Peñafiel frater Ioannes de Porras, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Franciscus de Sancta Maria, laicus; frater Andreas Fernandez, laicus.

75 In conventu de Vivero fater Dominicus de Mata, sacerdos et pater antiquus; frater Illefonsus Colombo, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Quiñones, sacerdos; frater Ioannes de Montoro, sacerdos.

In conventu Benaventano frater Petrus de Porras, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius de Sancto Dominico, laicus; quidam novitius.

80 In conventu Abulensi admodum reverendus pater frater Illefonsus de Sancto Dominico, prior eiusdem conventus, Vicarius Generalis et provincialis electus et Praedicator Generalis; frater Antonius de Cetina, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sant Millan, sacerdos et pater antiquus; frater Sebastianus Nieto, sacerdos; frater Martinus Zarate, acolitus; frater Didacus Lopez, acolitus; frater Martinus Zarra, laicus.

85 In conventu de Trianos frater Michael de Sancta Maria prior eiusdem conventus et pater antiquus; frater Hieronymus Salado, sacerdos.

90 In conventu de Victotia frater Antonius de Mendarozqueta, sacerdos et pater antiquus.

In conventu de Medina del Campo frater Ioannes de Menocal, supprior eiusdem conventus; frater Christophorus de San Pedro Martir, sacerdos et pater antiquus, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus Gonzalez, sacerdos.

- 95 In collegio divi Gregorii Vallisoletani frater Ioannes Tuboso, sacerdos; frater Bartholomaeus Eliz, sacerdos.  
In collegio Sancti Thomae Complutensis frater Alphonsus de Villena, sacerdos et pater antiquus; frater Balthasar de los Reyes, sacerdos.
- 100 / In conventu de Logroño frater Dominicus Ximenez, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Aguirre, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de Alava, Praedicator Generalis et pater antiquus, frater Dominicus de Aparicio, sacerdos; frater Ioannes García, sacerdos; frater Alexander de Chaves, sacerdos.
- 105 In conventu de Tudela frater Santius de Olbo, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus de Velasco, sacerdos et pater antiquus, Praedicator Generalis; frater Petrus Justa, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas de Scalante, sacerdos et pater antiquus; frater Melchior de Sancto Dominico, laicus.
- 110 In conventu de Lugo frater Thomas de Guzman, sacerdos et pater antiquus; frater Illephonsus de Sancto Hieronymo, acolitus; frater Didacus Valdes, sacerdos et pater antiquus.  
In conventu de Mombeltran frater Augustinus Perez, sacerdos et pater antiquus et Praedicator Generalis; frater Thomas de Chavez, sacerdos; frater Ioannes de Mendigori, laicus.
- 115 In conventu de Huete frater Ioannes de Vetolaza, supprior eiusdem conventus; frater Antonius de Carrascosa, sacerdos et pater antiquus; frater Ferdinandus de Molina, sacerdos; frater Ioannes Ribillo, sacerdos.
- 120 In conventu de Carrión frater Bernardinus de Salinas, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas de Ontaneda, sacerdos et pater antiquus; frater Gregorius Cortes, laicus.  
In conventu de Talavera frater Ioannes de Herrera, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Alvarez, sacerdos et pater antiquus;
- 125 frater Hironymus de Contreras, sacerdos et pater antiquus, frater Ioannes Duque, sacerdos et pater antiquus.  
In conventu de Rioseco frater Ioannes de Plaza, laicus.  
In conventu de Saelices frater Dominicus de Lovera, supprior; frater Andreas Grande, supprior.
- 130 / In conventu de la Vera frater Illephonsus de Calera, sacerdos et pater antiquus; frater Perus Lopez, sacerdos; frater Ioannes de Busto, sacerdos; frater Ioannes de Vera, laicus.

100 /: f. 254v

116 Huete: Guete R

128 Saelices: Saylices R

130 /: f. 255r

In conventu de Cuenca frater Illephonsus Muñoz, Praesentatus et pater antiquus, frater Ludovicus de Laguna, supprior; frater  
135 Augustinus de Torralba, sacerdos; frater Petrus de Sant Vicente, laicus.

In conventu de Atocha admodum reverendus pater frater Stephanus Coello, quondam provincialis, praedicator Generalis; frater Bartholomaeus de Busto, sacerdos.

140 In conventu Sancti Thomae de Madrid frater Andreas Callejas, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus Lopez, sacerdos; frater Matthaeus de Chinca, sacerdos; frater Gregorius de Carbajal, diaconus; frater Gabriel Calero, acolitus; fray Juan Lopez, laicus; frater Franciscus Martinez, laicus.

145 In conventu de Tordesillas frater Dominicus de Valentia, sacerdos et pater antiquus; frater Hieronymus de Alderete, sacerdos et pater antiquus; frater Blasius del Campo, sacerdos.

Incoventu de Hita frater Laurentius de Sepulveda, prior eiusdem conventus.

150 In conventu de Carboneras frater Thomas Ramirez, acolitus.

In conventu de San Sebastian frater Ioannes Vergara, sacerdos; frater Nicholaus de Arrieta, sacerdos; frater Martinus de Oruño, laicus; frater Ioannes de Zubieta, laicus.

155 In conventu de Nieva frater Dominicus de Dueñas, acolitus, et quidam laicus.

In conventu de Tui frater Ioannes de Lamela, sacerdos et pater antiquus.

In conventu de Villascusa frater Martinus de Spinosa, sacerdos et pater antiquus.

160 In conventu Civitatensi frater Martinus Gomez, sacerdos et pater antiquus.

/ In conventu de Truxillo frater Didacus de Ribera, sacerdos, et quidam novitius laicus.

165 In conventu de Astorga frater Ioannes de Mazuela, supprior et pater antiquus; frater Antonius de la Trinidad, laicus.

In conventu de Guadalaxara frater Ioannes Cubillo, sacerdos et pater antiquus; frater Illephonsus Martinez, sacerdos.

In conventu de Palacios frater Ferdinandus Monforte, sacerdos.

170 In conventu Sancti Iuliani frater Petrus de la Cruz, sacerdos et pater antiquus.

137 Coello: Cuello R

138 Generalis: requiscat in pace *ad. in marg. dex. R*

139 sacerdos: et pater antiquus *ad. p. c. R*

162 /: f. 255v

In conventu de Ocaña frater Ioannes de Almaguer, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Ioannes de Valbuena, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Vaca, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Fernandez, laicus.

- 175 In conventu de Caceres frater Antonius Guerra, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus de Alba, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Garate, sacerdos; frater Franciscus de Sancta Maria, laicus.

### XI. - SUFFRAGIA PRO VIVIS

Pro statu sanctae Romanae Ecclesiae quilibet conventus unam missam.

- 5 Pro catholico et invictissimo rege nostro Philippo, praeter ordinarias preces, quas in singulis conventibus fieri mandamus, et pro serenissimo principe cum prole regia quilibet conventus unam missam.

- 10 Pro illustrissimis dominis episcopis Zamorensi, Seguntino, Asturicensi et aliis qui copiosas nostro capitulo eleemosynas sunt elargiti, quilibet conventus unam missam.

Pro illustrissimis dominis ducibus Albensis, duce del Infantado, comitē Benaventano, marchione de la Mota et aliis comitibus et marchionibus qui copiosas etiam elemosynas pro sumptibus capitulis fecerunt quilibet conventus unam missam.

- 15 / Pro insigni hac civitate Taurensi, quae copiosissimam eleemosynam contulit nostro capitulo et multis aliis beneficiis est prosecuta et pro omnibus benefactoribus huius capituli quilibet conventus unam missam.

### XII. - SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS

Pro sanctissimo domino nostro Gregorio 13 felicis recordationis quilibet conventus unam missam.

- 5 Pro fratribus et sororibus in nostra provincia defunctis a praecedenti capitulo et pro aliis omnibus benefactoribus nostris defunctis quilibet sacerdos unam missam.

**XI.15** /: f. 256r

**XII.1** PRO: p. c. aliquam R

**XIII.** - [ULTIMAE DETERMINATIONES]

Concedit admodum reverendus pater noster Prior Provincialis omnibus fratribus et sororibus nostrae provinciae quod alias expositum confessorem semel tantum eligere valeant et ab eodem de praeteritis casibus et censuris quousque ad notitiam praesentium incurrerunt, possint absolvi sicut poterant asb ipso admodum reverendo patrenostro provinciali.

Mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali omnibus sotiis conventuum atque etiam praesidentibus non habentibus socium ut acta huius capituli fideliter scribant et nostris nominibus subscripta ad suos conventus defferant, et prioribus seu praesidentibus mandamus ut ea in publico capitulo statim legere faciant.

Sententias iudicum approbamus et sequens capitulum celebrandum 19 die apriles dominica *Deus qui errantibus* 1587 assignamus in conventu Salmantino.

Auctoritatem nostram reservamus usque ad feriam secundam inclusive, deincepsque a domino reverendo patri nostro provinciali eam committimus, omnibus autem fratribus hic nominatis in confessores et vicarios monalium et in alia quaecumque officia, praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae et sub praecepto formali ut intra mensem a notitia praesentium se praesentent conventibus seu monasteriis / quibus designamus ut sua officia exequantur. Et illis confessoribus seu vicariis monialium, qui modo apud ipsas commorantur et aliis vicariis sub eodem praecepto mandamus ut inde non recedant donec eorum successores praesentes fuerint et tunc ad conventus quibus assignati sunt revertantur intra 30 dies a praesentia suorum successorum. Datum ut supra.

**XIV.** - [SUBSCRIPTIONES AUTOGRAPHICAE]

Frater Ioannes de Las Cuevas, prior provincialis  
Frater Pascualis de Villalva, diffinitor  
Frater Ioannes de Orellana, diffinitor  
Frater Thomas de Guzman, diffinitor  
Frater Ioannes de Villafranca, diffinitor.

**XIII.** [ULTIMAE DETERMINATIONES]: *om. R B*  
23 / f. 256v

**XIV.6** [SUBSCRIPTIONES- diffinitor: *om. B*

## [APPENDIX]

[Nota del siglo XVIII:] El capítulo siguiente a este se echo a San Esteban, do se tuvo en abril o principios de mayo de 87, acabando Cuevas su provincialato. Faltan aquí las actas. Pero en él fue electo  
5       sucessor de Cuevas nuestro Maestro fray Bartholomé Muñoz, lo  
      que es muy manifiesto, ya por la designación del capítulo en estas  
      actas, ya por el libro de professiones a el año de 587, fol. 369, plana  
      primera. Está dicho capítulo en el libro grande, después del general  
10       de 83. Ver el libro de Recibo al agosto de 88 para la limosna que  
      dio la ciudad.

APPENDIX: *om. B*

## ACTA DEL CAPÍTULO PROVINCIAL DE SALAMANCA DE 1587

### INTRODUCCIÓN

De las actas del capítulo provincial de 1587, que no fueron impresas, sólo conocemos las dos fuentes manuscritas, que venimos usando habitualmente: la del archivo general dominicano de Roma y la del archivo de la catedral de Burgos. Con respecto a nuestra fuente de Burgos este acta es la última que se recoge en ese manuscrito; el manuscrito romano continúa ofreciendo actas hasta la última del siglo XVI, que es de 1599, pero tanto la de este año como la de 1597 ya se conservan impresas, con valor de originales, pues fueron impresas y firmadas inmediatamente después de finalizado el capítulo, y esa costumbre de imprimir los originales se seguirá siempre posteriormente. Con respecto a las que ahora publicamos debemos decir que las dos copias manuscritas, que aquí tenemos en cuenta son muy buenas; que están tomadas de las copias que los superiores tenían la obligación de llevar firmadas a sus respectivos conventos, para leerlas en comunidad y para que sirvieran de guía en la vida comunitaria. Es más completa la copia romana y será la que tengamos como base. Las variantes son pocas, y los fallos los encontramos en ambas copias, y esto nos inclinará a veces a colocar en nuestro texto la expresión que creemos más segura de una u otra copia manuscrita. De todo ello, como hemos hecho siempre, se hace constancia en el aparato crítico.

Sale. 1587. años.

Nos episcopi sequentino salmanticensi burgunsi camorensi Asturi-  
 ensi et alij qui copias nra capitula eleccionaria sunt clargit  
 quilibet conuentus conual missas pro duobus Albaris intra quatuor  
 de feria Almirante de Castilla. comitibus de muerthano de orzuela  
 de monte Rey Marquion de Bebadra et de la Siouera et p[ro]uinciam  
 iudicij et de alij Mauer et alij qui copias et eleccionaria pro summo  
 p[ro]uinciali fecerunt quilibet conuentus conual missas. pro irregulari  
 sacerdote salmantino que copias eleccionaria conual et h[ab]eant  
 et multiplicis beneficij p[ro]p[ri]a sequita p[ro]p[ri]a conual beneficij conual  
 Sady capiti quilibet conuentus conual Missam.

Suffragij defuncto

Pro fratre nostro Mo. Marco de Balladarez curatore et vicario  
 genti in his ordinis quilibet conuentus conual missas. proficibus et  
 fratribus in Nra Prouincia defunctis apponentes p[ro]hibet et p[ro]p[ri]a  
 n[ost]ris alij beneficij n[ost]ris defunctis quilibet conuentus conual  
 p[ro]uincial. concedit pater noster vicariis genti in p[ro]uincia p[ro]uinciales  
 electis omnibus fratribus et sororibus n[ost]ris p[ro]uincis et alij exp[er]tibus  
 confessoris semel tantum aliquo dabantur et tunc eodem dep[re]catio.  
 casibus et censuris quos supra ad n[ost]ra p[ro]uincia inuentum possunt  
 absque licentia p[ro]p[ri]a ab ipso eodem p[ro]p[ri]a n[ost]ra. Mandamus in p[ro]p[ri]a et  
 et si sub p[ro]p[ri]a n[ost]ra n[ost]ra omnibus p[ro]uincias conuentus app[ro]p[ri]a p[ro]hibet  
 n[ost]ra p[ro]uincia p[ro]uincia et acta Sady capiti fideliter scribantur et n[ost]ra nomi-  
 nibus n[ost]ra capiti ad n[ost]ra conuentus defunctis et p[ro]uincias seu p[ro]hibet  
 p[ro]hibet mandamus ut ea in publico capiti n[ost]ra in p[ro]p[ri]a n[ost]ra. Sentes  
 sententia iudicij app[ro]p[ri]a n[ost]ra et sequenti capiti ad n[ost]ra assignamus  
 in conuentus Bincen[te] Placentini, Dominica diei que dicitur  
 anni 1589. auctoritate n[ost]ra p[ro]uinciam app[ro]p[ri]a n[ost]ra p[ro]uincias  
 de inceps p[ro]uincia n[ost]ra vicario genti p[ro]uincias conuentus. Om[n]ibus  
 aut[em] fratribus sic nominatis in conuentus et vicariis monialibus et  
 malicia quocumq[ue] officij p[ro]p[ri]a n[ost]ra p[ro]uincias. Sentes sub p[ro]p[ri]a  
 formali ut in n[ost]ra n[ost]ra p[ro]uincias p[ro]uincias p[ro]uincias conuen-  
 tibus seu Monasterijs quibus defunctis ut in off[icio] exequantur  
 et illy conuentibus seu vicariis monialibus quomodocumq[ue] p[ro]p[ri]a conuen-  
 rantur et ab iurisdictione sub eodem p[ro]p[ri]a Mandamus in n[ost]ra n[ost]ra  
 cedant donec eor[um] successores p[ro]p[ri]a n[ost]ra fuerint et si in ad conuentus  
 in quibus assignati sunt celebrantur infra viginti dies p[ro]p[ri]a n[ost]ra  
 Sentes in p[ro]p[ri]a n[ost]ra.

Dati ut supra.

In p[ro]uincia n[ost]ra p[ro]uincias p[ro]uincias p[ro]uincias p[ro]uincias p[ro]uincias  
 In p[ro]uincia n[ost]ra p[ro]uincias p[ro]uincias p[ro]uincias p[ro]uincias p[ro]uincias

Fotocopia del acta de 1587, fol. 153r del ms. B



**[ACTA CAPITULI SALMANTICENSIS ANNI 1587]**

/ Salamanca. 1587. †

Haec sunt acta capituli provincialis celebrati in conventu Sancti Stephani Salmanticensis anno Domini 1587, Dominica secunda post octavam Paschae, die 19 mensis aprilis sub nostro fratre Bartholomaeo Muñoz, Praesentato, Priori Provinciali electo ac vicarius generalis Hispaniae Provinciae Ordinis Praedicatorum. Diffinientibus patribus nostris fratre Dominico Bañez, Magistro; fratre Hieronymo de Almonazir, Magistro, et fratre Andrea de Caso, Praesentato et Priori Segoviensi, et fratre Ioanne de Piña Praedicatorum Generali, et Vicario nationis Gallaetiae.

**I. - HAEC SUNT ABSOLUTIONES**

Absolvimus omnes supprioros et vicarios conventuum non habentium priores, exceptis supprioro Sancti Stephani Salmanticensis, propterea quod speratur futura cito electio prioris, et supprioro de Palacios, et supprioro Sancti Thomae de Madrid, et supprioro de Logroño, propterea quod nuper instituti / sunt, et supprioro de la Vera et de Tavera propter instantem electionem.

Volumus autem quod hi duo ultimo nominati supprioros, quos propter instantem electionem excipimus, sint etiam absoluti, cum adfuerit in istis conventibus electus Prior et confirmatus.

**II. - ISTAE SUNT ACCEPTATIONES ET PRAESENTATIONES**

Acceptamus Magisterium fratris Ioannis Vincentii Cathedrae Vespertinae in Salmanticensi Universitate praefecti, et exponimus etiam ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii exclusive fratrem Ioannem de Lorenzana, lectorem Sancti Petri Martyris Toletani, et fratrem Ildefonsum de Luna, lectorem Theologiae Salmanticae, et alias eiusdem Universitatis Magistrum.

2 f. 262r | † Salamanca 1587 in marg. superiori

I.6 /: f. 262v

10 adfuerit: praesens praem. B

### III. - ISTAE SUNT DENUNCIATIONES

Denuntiamus et in memoriam revocamus omnibus fratribus nostrae provinciae id quod in capitulo Taurensi denuntiatur, videlicet quoddam motu proprio felicitatis recordationis Gregorii 5 13, qui emanavit anno 1580, prohibendum esse omnibus fratribus nostri Ordinis, ne ad instantiam et requisitionem quarumcumque personarum, tam laicarum quam ecclesiasticarum extra nostrum Ordinem constitutarum, ullam gratiam petant, et contrarium 10 facientes ad talem gratiam consequendam perpetuo fore, et esse inhabiles, ut latius constabit ex ipsomet proprio motu de verbo ad verbum expresso, et inserto in fine ordinationum praedicti capituli Taurensis.

### IV. - ISTAE SUNT INSTITUTIONES

Instituimus in vicarium regni Gallaeciae fratrem Gabrielem de Piña, Praedivatorem Generalem et priorem de la Coruña, cum ea potestate, qua solent institui huiusmodi vicarii. Et in vicarium 5 Sancti Dominici de Betanzos fratrem Petrum de Soto ex conventu de Villalon; et in vicarium de Bilbao fratrem Ambrosium de Matanza, Praedivatorem Generalem, et in vicarium Sancti / Dominici de Soria fratrem Atonium de Grijalva ex conventu de Villalon, et in vicarium Sancti Petri de la Tarze fratrem Ioannem Ruiz, Praedivatrem Generalem, et in vicarium de Panton fratrem Thomam 10 de Tiedra, et in vicarium de San Babiles fratrem Hieronymum de Guzman, et in suppriorum de Ocaña fratrem Didacum de Alnarte ex eodem conventu, et in suppriorum de Gualajara fratrem Ioannem de la Fuente ex conventu de Villaescusa, et in praedivatorem 15 de Pamplona fratrem Ioannem de San Pedro, Praesentatum, et in praedivatorem de Talavera fratrem Mauritium de Soria, Praedivatorem Generalem, et in praedivatorem de Mayorga propter instantem necessitatem domus nuper erectae, quae requirit singularem praedivatorem, fratrem Blasium de Sancta Cruce.

III.5 qui: quod *B* | /: *f.* 263r  
10 constabit: constavit *B*

IV.7 /: *f.* 263v  
14 Villaescusa: Villescusa *R B*

## V. - CONFESSORES MONIALIUM

5 In conventu de Aldeanueva, vicarius frater Stephanus Dieguez ex conventu de Zamora; confessores frater Ludovicus de Alarcon / ex conventu de Guete, frater Petrus de Pedrosa ex conventu de Pamplona parrocos et confessarius, frater Martinus de Camudio ex conventu de Piedrahita; procurator frater Dominicus de la Higuera ex conventu de Zamora.

10 Et in conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid confessores frater Andreas Joarez ex conventu de Atocha et frater Ferdinandus de San Pedro ex conventu Sancti Tomae de Madrid et frater Philippus de Nava ex conventu de Ocaña; procurator frater Andreas de Medina ex conventu de Oviedo.

15 Et in conventu Sancti Dominici Regalis de Toledo confessores frater Nicolaus Castillejo ex conventu de Carboneras, frater Dominicus de la Cruz ex conventu Taurensi, et frater Didacus de Zepeda ex eodem conventu.

Et in conventu de la Madre de Dios de Toledo frater Ioannes de Palencia ex conventu Sancti Petri Martyris Toletani, frater Hieronymus Losada ex conventu de Valladolid.

20 Et in vicarium et confessorem de Belvis frater Ioannem de Manzaneda ex conventu de Caceres.

Et in conventu de Caleruega confessor frater Andreas de los Reyes ex conventu de Victoria; procurator et confessor frater Petrus de Nafarrate ex eodem conventu.

25 Et in conventu de Cifuentes vicarius et procurator frater Dominicus de Lozano ex conventu de Ocaña; confessor frater Andreas Sanchez ex conventu de Cuenca.

Et in conventu de Olmedo vicarius et confessor frater Ildefonsus Magdaleno ex conventu Segoviense.

30 Et inventu de la Casa de la Reina confessor frater Laurentius de Valcazar ex conventu de Piedrahita; procurator et confessor frater Ioannes Lopez ex conventu de Atocha.

V.3-4 frater -Guete: frater Bernardus del Carpio ex conventu de Logroño [*qui apparet postea*] B

4 /: f. 264r | Petrus: Ioannes B

8 in conventu: *repetit* B

18 Sancti Petri: *interl.* R

18-19 Hieronymus-Valladolid: Ludovicus de Alarcon ex conventu de Huete [*antea citatus*] *add.* B

21 Manzaneda: Manzanedo B

23 /: f. 264v

Et in conventu de Lequeitio frater Michael de Aguirre confessor; procurator et confessor frater Andreas de Talavera ex conventu Talabricensi.

Et in conventu de Medina del Campo frater Ludovicus de la Ascension Praedicator Generalis ex conventu de Atocha confessor, et procurator frater Paulus de Salvatierra ex conventu de Guete.

Et conventu in de Quejana vicarius et procurator, frater Antonius Sanchez ex conventu de Plasencia; confessor frater Petrus de Sabando ex conventu de Victoria.

Et in conventu de San Cebrian confessor frater Bernardus de Carpio ex conventu de Logroño; procurator et confessor frater Gregorius de Alcala ex conventu de Medina.

Et in conventu de Villamaior vicarius frater Simon Carballo ex conventu de Medina del Campo.

Et in conventu de Benavente confessor frater Matthias de Sancto Dominico ex conventu de Rioseco; procurator frater Franciscus de Baeza ex conventu de Palentia.

In conventu del Belmonte confessor frater; procurator frater Laurentius de San Agustin ex conventu de Atocha; confessor frater Martinus de Salazar ex conventu Segoviensi.

Et in conventu de Orellana vicarius frater Petrus de los Reyes ex conventu de Sahelices.

## VI. - ISTAE SUNT CONFIRMATIONES

Confirmamus antiquam nostrae provinciae morem, praecipientes in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali, ne quis cellam alterius ingrediatur altero intus existente fratre. Excipimus cellam prioris et magistri novitiorum. Caeterum in cellas magistrorum et eorum qui provincialatus officio functi fuerint, in quorum cellas /ingredi licebit, praeterquam a signo, quod fit post completorium usque ad primum signum quod fieri solet ad primam sequentis diei.

Poterunt autem priores seu praesidentes conventuum cum sibi subditis dispensare, dummodo dispensatio non sit generalis.

39 Quejana: Quixana *R B*

42 *!:* f. 265r | Bernardus-Logroño: Andreas Velez ex conventu Legionensi *B*

48 ex conventu de Rioseco: *interl. B*

VI.7 *!:* f. 266v | ingredi: *om. B*

Supprieores tamen habebunt eam facultatem quae prioribus placebit.

15 Et item confirmamus illam ordinationem, ne prior unius conventus possit eligi in priorem alterius conventus ante biennium sui prioratus, et quod nec supprieores nec lectores in conventibus, in quibus sunt assignati, possunt eligi in priores, quod, si oppositum factum fuerit, a patre nostro provinciali cassetur electio.

20 Item praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae ne priores vel praesidentes sibi subditis facultatem faciant itinerandi extra dietam, quam declaramus esse spatium quatuordecim leucarum.

25 Item confirmamus illam ne quis ingrediatur regiam curiam absque speciali facultate patris nostri provincialis. Intelligimus vero nomine curiae Sanctum Laurentium del Escorial, quandiu regia maiestas ibidem commoratur. Idque praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae.

30 Item confirmamus illam quod bona fratrum defunctorum diligenter examinen / tur et custodiantur [et dividantur] a prioribus vel praesidentibus in tres partes, et tertiam partem applicent pro stipendio missarum pro anim defuncti. Et ex nunc applicatam esse volumus. De reliquis vero reddent praesidentes rationes sicut de aliis bonis conventus. Ordinantes simul ut, si defunctus fuerit prior vel praesidens conventus vel domus fiant pro eo suffragia ac si in  
35 eodem conventu [vel domo] fuisset assignatus.

Confirmamus praeterea ordinationem praefati capituli Taurensis circa examinationem sacerdotum pro audiendis confessionibus saecularium et praedicando verbum Dei, declarantes quod sufficiat testimonium praesidentis conventus ad comprobandum quod examinandus tres cursus integros, hoc est, quod per tres annos distinctas maiorem partem anni Sacrae Theologiae lectiones duas audierit, neque opus sit lectorum afferre testimonia, quamvis illa sufficiant.

40 Examinatores vero sint duo magistri, vel saltim unus cum Praesentato. Ipsi tales examinatores teneantur non aliter uti facultate sibi concessa, quam, servatis conditionibus ab ipsis examinato-  
45 ribus impositis, alias sint ipso facto suspensi, quam suspensionem

15 possit: posset *R*

29 /: *f. 266r* | [et dividantur]: *om. R*

35 [vel domo]: *om. R* | fuisset: *esset B*

42 testimonia: testimonium *R* | quamvis: quare vis *B*

46 alias-suspensi: *om. B*

incurrent, qui sola Ordinarii / examinatione absque approbatione  
praefata saecularium confessiones audierint.

50 Praeterea confirmamus illam, ut priores religiose invigilent  
circa religionem confraternitatum Nominis Iesu et Rosarii Beatae  
Virginis augendam, et quod iam caeptum est fieri diligenter pro-  
sequantur, mittentes fratres per districtum suorum conventuum, ut  
praedicent et statuam ubi non fuerint praedictae confraternitates.

55 Sicubi autem iam fuerint statutae praedictae fraternitates,  
nemo audeat quidquam immutare vel praedicare, quod praedictas  
confraternitates conturbet, nisi prius denunciaverit Patri nostro  
provinciali.

60 Confirmamus item illam quod iuvenes non mittantur extra  
conventus suos studii gratia ante completum annum post pro-  
fessionem suam. Quod, si hactenus aliquae assignationes praeter  
hanc ordinationem concessae fuerint, revocamus illas et nullatenus  
valere volumus.

65 Confirmamus praeterea quod nemo ludat ad cartas neque tau-  
rorum agitationi intersit, neque comediarum representationibus,  
nisi forte, et hoc raro in nostris domibus vel religiosorum aut in  
ecclesia maiori vel in domo episcopi ipso praesente huiusmodi  
representaciones fiant. Et qui oppositum fecerit gravioris culpae [pro  
quindecim dies] poenam incurrat, et priores vel praesidentes, non  
/ executioni mandantes huiusmodi poenam, sint ipso facto absque  
70 nova declaratione per unum mensem a suis officiis suspensi.

Sub eadem etiam poena praecipimus ut in oppidis, quibus fue-  
rint conventus nostri Ordinis, neque in illorum suburbanis, nemo  
audeat pernoctare, et praelati sub praedicta poena suspensionis  
teneantur transgressores punire.

## VII. - ISTAE SUNT ORDINATIONES

5 Ordinamus et praecipimus quod ordinationes positae in visita-  
tione nostrae provintiae in domibus sive fratrum sive monialium  
sive sororum non solum perseverent prout ordinationes sunt, sed  
etiam ea ipsa, quae sub formali praecepto fuerint mandata, obli-

47 /: f. 266v

52 augendam: audiendam R

53 fratres: *interl.* R

56 conturbet: perturbet p. c. B

66-67 [pro-dies]: *om.* R

69 /: f. 267r

gent usque ad aliam visitationem, atque proinde praecipimus in virtute Spiritus Sancti et Sanctae obedientiae eadem, quae per praedicta praecepta obligabant.

10 Item ordinamus ut fratres, dum assignantur ab aliquo conventu, si convenienter sunt vestiti, undecumque vestes habuerint, non sint prioribus molesti petentes superflue vestimenta. Caeterum ipsi [praelati] eisdem de necessariis vestibus providere maxime curent.

15 Item ordinamus / ut nemo saecularia negotia, etiam consanguineorum suscipiant peragenda, maxime in curia. Et patris nostri provincialis [nuper] electi conscientiam oneramus, ut non de facili in hac ordinatione dispenset,

Item ordinamus ut nemo ad sacras ordines promoveatur, nisi competenter in cantu nostri Ordinis fuerit instructus, et nisi legitimae aetatis testimonium fidedignum praestiterit.

20 Item, ad votum paupertatis religiosae colendum, ordinamus et districte praecipimus ut nemo deinceps depositum apud personas quae sunt extra obedientiam suorum praelatorum habeat. Quod, si quis hactenus illud habet, teneatur quamtotius, ut saltim intra mensem a notitia praesentium in communi deposito sui conventus deponere et praelato manifestare. Quod, si fuerint priores vel praesidentes, teneantur etiam idipsum servare, deponendo pecunias sibi accommodatas in deposito communi aliorum fratrum. Oppositum autem facientes tanquam proprietarii puniantur, et illorum depositum ipso facto ad usum communitatis applicamus.

30 Item ordinamus quod superiores, sede vacante, vel priore absente, nequeant sumptus extraordinarios facere neque in / aedificiis vel in conviviis aut aliis operibus. Curet autem pater noster provincialis ut liber dati et accepti et expensarum examinetur pro eo tempore quo superiores gubernaverunt absque prioribus.

35 Item ordinamus quod priores vel Praesidentes teneantur missas saltim tres in singulis hebdomadis celebrare pro obligationibus suae communitatis, et nos iam ex nunc pro tunc talem numerum missarum pro praedictis obligationibus adimplendis applicamus.

VII.12 [praelati]: *om. R*

13 /: *f. 267v*

15 [nuper]: *om. R*

23 ut: *aut B*

31 /: *f. 268r*

38 pro praedictis: *repetit B*

40 Item ordinamus circa urbanitatem in convictu et colloquio etiam in scriptis servandam ab omnibus nostrae provinciae fratribus, ut primum omnium catholici nostri Regis Philippi Secundi pragmatica servetur.

45 Deinde, ut nemo in nostra provincia, cuiuscumque sit dignitatis, paternitatis nomine alium appellet, nec se appellari permitat, etiamsi fuerit pater provinciae, solos autem sacerdotes patres appellari volumus et reverentiae nomine honorari. Reliqui vero non sacerdotes nullatenus patres aut reverentiae nominibus appellentur, sed solum fratris nomine contenti sint.

50 Permittimus autem senioribus et gravioribus patribus, ut iuniores etiam sacerdotes filios vocare possint. Praedictam vero ordinationem usque adeo volumus observari ut praelatus qui permiserit aliter fieri tam erga se quam erga alios subditos ipso facto sit suspensus a suo officio per dies octo absque nova declaratione.

55 Dicimus vero et declaramus quod ille praelatus censetur permittere contra talem ordinationem fieri, qui transgressorem illius non compulerit in communi refectorio in pane et aqua ieiunare. Verumtamen haec ordinatio quantum ad poenas in illa contentas non obliget nisi a die Sancti Ioannis Baptistae huius anni 1587, ut  
60 interim fratres sese exercent in praedicta urbanitate et consuetum morem relinquant.

Denique permittimus, immo decere iudicamus, ut sinamus nos a saecularibus, prout eis libitum fuerit appellari, dummodo praedicti catholoci Regis nostri pragmatica inviolabiliter servetur.

65 Item ordinamus quod in conventibus monialium non fiant relectiones priorissarum, nisi forte ex urgenti causa patri provinciali dispensari visum fuerit.

70 Item ordinamus ut in litteris patentibus, pro convocando capitulo missis, curet pater provincialis ut distinguantur theologicae materiae et in eisdem litteris notae fiant conventibus ad quos capitulares disputationes pertinent, et in omnibus disputationibus aliqua conclusio vel conclusiones de gravioribus materiis ad mores pertinentibus inserantur.

41 servandam: *a. c.*

56 /: *f. 268v*

64 servetur: observetur *B*

67 dispensari: dispensare *B*

72 materiis: materis *R*

73 pertinentibus: pertinentes *R* pertinentibus *p. c. B*



75 Tandem ordinamus ut qui ad provinciale capitulum absque officio, etiam cum facultate praelati venerint, ipso facto in eo capitulo sint inhabiles ad aliquod officium vel dignitatem obtinendam.

**VIII. - HAEC SUNT FESTA QUAE SUB DUPLICI FESTO  
CELEBRARI PRAECIPIT SANCTUS DOMINUS  
NOSTER DOMINUS SIXTUS PAPA QUINTUS**

5 Sancti Hermenegildi martyris die 13 aprilis.  
/ Sancti Antonii de Padua, confessoris Ordinis Minorum, 13 die iunii.

Sancti Petri Martyris Ordinis Praedicatorum.

Sancti Francisci de Paula, fundatoris Ordinis Minimorum, die 2 aprilis.

10 Et Sancti Nicolai de Tolentino, confessoris Ordinis Sancti Augustini, die 10 septembris.

15 Declaramus autem Solemnitatem Rosarii, cuius stata dies dominica prima octobris transferendam esse in dominicam secundam sequentem, quando dies festus Divi Francisci in tali prima dominica evenerit.

Declaramus etiam ad correctionem litterae lunaris, quod hoc anno 1587 littera lunaris est *e* et sequenti *f* et sic deinceps.

**IX. - HAEC SUNT NOMINA DEFUNCTORUM**

5 Ex conventu Salmantino frater Alphonsus Alvarez, sacerdos et pater antiquus; frater Ludovicus de la Magdalena, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Leon, sacerdos; [frater Ferdinandus Muñoz, sacerdos]; frater Ioannes Garcia, sacerdos et pater antiquus; frater Ludovicus Ordas, subdiaconus; frater Ioannes de Sancta Ines, laicus; frater Petrus de Castelanos, laicus; frater Alphonsus Martinez, laicus; frater Ioannes de Huertas, laicus; frater Didacus Vazquez, laicus; frater Augustinus de Tordehumos, laicus,  
10 et quidam donatus.

VIII.5 /: f.269r  
7 Ordinis: *om. B*

IX.4 [frater Ferdinandus Muñoz, sacerdos]: *om. R*  
9 Tordehumos: Tordeumos *B*

Ex conventu Segoviensi frater Gabriel de Castilla, sacerdos et pater antiquus, frater Ioannes de Valdemoro, laicus,

Ex conventu Palentino frater Guillelmus de la Magdalena, sacerdos et pater antiquus.

15 Ex conventu Zamorensi frater Alphonsus Xuarez, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Moreno, laicus.

Ex conventu Toletano frater Marcus de Valladares, / Magister et Vicarius Generalis et procurator Ordinis; frater Petrus Lezcano, Praesentatus; frater Didacus de Sancto Hieronymo, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Ledesma, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de Berrio, sacerdos et pater antiquus; frater Reginaldus de Salazar, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Burgensi frater Vincentius Maldonado, sacerdos et pater antiquus.

25 Ex conventu Legionensi frater Ioannes Campuzano, sacerdos; frater Petrus de Andrada, laicus.

Ex conventu de Nieva frater Paulus de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Raymundus, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus Rodriguez, laicus, et frater Franciscus del Spiritu Sancto, laicus.

30 Ex conventu de Santiago frater Ioannes de Sancto Spiritu, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Ciudad Rodrigo frater Michael de Parraga, sacerdos et pater antiquus.

35 Ex conventu de la Coruña frater Dominicus de Salas, sacerdos.

Ex conventu Placentino frater Augustinus de Sosa Praesentatus et pater antiquus; frater Ioannes de Corpus Christi, sacerdos et pater antiquus.

40 Ex conventu Sancti Pauli Vallisoletani frater Ioannes Gutierrez, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas Gutierrez, laicus.

Ex collegio Sancti Gregorii frater Placidus Rodriguez, sacerdos; frater Ioannes de los Reyes, laicus.

45 Ex conventu de Villada frater Thomas de Sancto Petro, prior eiusdem conventus et pater antiquus; frater Ioannes de Granda, sacerdos et pater antiquus, frater Thomas de Sancto Ildephonso, sacerdos et pater antiquus.

17 *f. 269v*

18 Petrus: *om. B*

23 Vincentius: *de ad.*

25 Ioannes: *de add. B*

36 Augustinus: *Agustinus R*

- Ex conventu de la Vera frater Petrus de Silva, sacerdos et pater antiquus, frater Petrus Lozano, sacerdos et pater antiquus.
- 50 Ex conventu de Vivero frater Gregorius de San Vicente, laicus.  
Ex conventu de Ribadavia frater Gabriel de Castro, sacerdos et pater antiquus.  
Ex conventu de Carboneras frater Antonius Parrilla, supprior conventus et pater antiquus, / frater Antonius Ramirez, sacerdos et pater antiquus.
- 55 Ex conventu de Atocha frater Thomas de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus, frater Thomas de Plaza, sacerdos et pater antiquus.  
Ex conventu de Logroño frater Antonius de Zuñiga, Magister.  
Ex conventu de Sahelices frater Andreas Martinez, laicus.
- 60 Ex conventu de Ocaña frater Antonius Lozano, sacerdos et pater antiquus; frater Gabriel de Bacas, sacerdos et pater antiquus, et quidam donatus.  
Ex conventu de la Peña de Francia frater Petrus Sanchez, sacerdos; frater Didacus del Campo, iuvenis; frater Blasius de la Ascension, laicus, et quidam donatus.
- 65 Ex conventu de Carrion frater Petrus de Salazar, sacerdos et pater antiquus.  
Ex conventu de Mombeltran frater Thomas de Salvatierra, sacerdos et pater antiquus.
- 70 Ex conventu de Victoria frater Rodericus de Sabando, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Nandales, laicus.  
Ex conventu de Pontevedra frater Ioannes Alvarez, sacerdos; frater Alphonsus de Sancta Maria, sacerdos: frater Ioannes Bal, sacerdos et pater antiquus; frater Ildephonsus de los Reyes, laicus.
- 75 Ex conventu de Aranda frater Antonius Camargo, sacerdos.  
Ex conventu de Panton frater Ioannes Bayo, vicarius conventus et pater antiquus.  
Ex conventu de Merida frater Gil Vazquez, sacerdos et pater antiquus; frater Gabriel Rodríguez, sacerdos et frater Didacus Perez, sacerdos.
- 80 Ex conventu Matris Dei de Alcala frater Ioannes Serrano, sacerdos.  
Ex conventu de Cisneros frater Georgius de Govea, prior conventus et pater antiquus.

53 *f. 270r*

70 Rodericus: Rodricus *R*

71 Nandales: Nandares *B*

- 85 Ex conventu de Huete frater Antonius de Espinosa, prior conventus, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Vincentius de Argumanes, senex 90 annos; frater Christophorus Lozano, sacerdos et pater antiquus.  
 Ex conventu de Guadalajara frater Melchior de Figueroa, sacerdos et pater antiquus.  
 90 / Ex conventu Sancti Thomae de Madrid frater Petrus de Arago, sacerdos et Pater Antiquus.  
 Ex conventu de Bilbao frater Martinus de los Angeles, sacerdos et pater antiquus.  
 95 Ex conventu de Betanzos frater Dominicus Ruiz, sacerdos et pater antiquus.  
 Ex conventu de Cuenca frater Franciscus de Nieva, laicus.  
 Ex conventu de San Sebastian frater Dominicus de Sancto Petro, laicus.  
 100 Ex conventu de Estella quidam donatus.

#### X. - SUFFRAGIA PRO VIVIS

Pro statu Sanctae Romanae Ecclesiae quilibet conventus unam missam.

- 5 Pro Catholico et invictissimo Rege Nostro Philippo, praeter ordinarias preces quas in singulis conventibus fieri mandamus, et pro serenissimo principe cum prole regia, quilibet conventus unam missam.

- 10 Pro episcopis Salmantino, Seguntino, Burgensi, Zamorensi, Asturicensi et aliis qui copiosas nostro capitulo eleemosynas sunt elargiti, quilibet conventus unam missam.

- 15 Pro ducibus Albanis, Infantazgo, de Feria, Almirante de Castilla, comitibus Benaventano, de Oropesa, de Monte Rey, Marchionibus de Velada et de la Piobera; pro Praesidenti Indiarum et Doctore Muñoz et aliis qui copiosas etiam eleemosynas pro sumptibus capituli fecerunt, quilibet conventus unam missam.

Pro insigni hac civitate Salmantina, quae copiosam eleemosynam contulit nostro capitulo et multis aliis beneficiis nos est

85 Huete: Guete *R*  
 87 90 annos: 97 annos *B*  
 91 /: f. 270v

X.12 Benaventano: Beneventano *R B*

prosecuta, et pro omnibus benefactoribus huius capituli, quilibet conventus unam missam.

### XI. - SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS

Pro fratre Patre Nostro Magistro Marco de Valladares, Procuratore et Vicario Generali totius Ordinis quilibet conventus unam missam.

5 Pro fratribus et sororibus in nostra Provincia defunctis a praecedenti capitulo et pro omnibus aliis benefactoribus nostris defunctis quilibet sacerdos unam missam.

### XII. - [ULTIMAE DETERMINATIONES]

5 Concedit Pater Noster Vicarius Generalis in Priorem Provincialem electus omnibus fratribus et sororibus nostrae provinciae quod alias expositum confessorem semel tantum eligere valeant et ab eodem de praeteritis casibus et censuris, quos usque ad notitiam praesentium incurrerunt, possint absolvi, sicut poterant ab ipso eodem Patre nostro.

10 Mandamus in virtute Spiritus Sancti et Sanctae obedientiae sub praeepto formali omnibus sociis conventuum, atque etiam Praesidentibus non habentibus socium, ut acta huius capituli fideliter scribant et nostris nominibus subscripta ad suos conventum deferant et prioribus seu praesidentibus mandamus, ut ea in publico capitulo statim legere faciant.

15 Sententias iudicum approbamus et sequens capitulum celebrandum insinuamus in conventu Sancti Vincentii Placentini, dominica *Deus qui errantibus* anni 1589. / Autoritatem nostram reservamus usque ad feriam secundam inclusive. Deincepsque Patri Nostro Vicario Generali in Provincialem electo eam committimus. Omnibus autem fratribus hic nominatis in confessores et vicarios monialium et in alia quaecumque officia praecipimus in

20

18 /: f. 271r

XI.2 Magistro: fratre *ad. B*

XII. [ULTIMAE DETERMINATIONES]: *om. R B*

16 /: f. 271v

18 in-electo *ad. interl. alia manu B*

- virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali, ut intra mensem a notitia praesentium se praesentent conventibus seu monasteriis, quibus designantur; ut sua officia sequantur et illis confessoribus seu vicariis monialium, qui modo apud ipsas commorantur, et aliis vicariis sub eodem praecepto mandamus ut 25 inde non recedant, donec eorum successores praesentes fuerint et tunc ad conventus, in quibus assignati sunt revertantur intra triginta dies a praesentia suorum successorum .  
Datis ut supra.

### XIII. - [SUBSCRIPTIONES NON AUTOGRAPHICAE]

- Frater Bartholomaeus Muñoz, Vicarius Generalis  
Frater Dominicus Bañez, Magister et diffinitor  
Frater Hieronymus de Almonacir, Magister et diffinitor  
5 Frater Andreas de Caso, Praesentatus et diffinitor  
Frater Ioannes de Piña, diffinitor.

23 sequantur: exequantur *B*

XIII. [SUBSCRIPTIONES NON AUTOGRAPHICAE]: *om. R B*  
2-6 Frater-diffinitor: *om. R*